



EX-LIBRIS

DIPLOMATARIUM
ARNA-MAGNÆANUM.



J. F. Clemens Sc.

TOMUS SECUNDUS.

EDITUS
EX BIBLIOTHECA LEGATI ARNA-MAGNÆANI.



DIPLOMATARIUM ARNA-MAGNÆANUM,

EXHIBENS

MONUMENTA DIPLOMATICA,

QVÆ COLLEGIT

ET

UNIVERSITATI HAVNIENSI

TESTAMENTO RELIQVIT

ARNAS MAGNÆUS

HISTORIAM ATQVE JURA DANIÆ, NORVEGIÆ,

ET

VICINARUM REGIONUM

ILLUSTRANTIA

EX BIBLIOTHECA LEGATI ARNA-MAGNÆANI.

EDIDIT

GRIMUS JOHANNIS THORKELIN,

IN UNIVERSITATE HAVNIENSI PROFESSOR P. E. O. IN ARCHIVIS SECRETIORIBUS COLLEGA, SEVIRIS LEGATI ARNA-MAGNÆANI CURATORIBUS AB EPISTOLIS. SOCIETATUM REGIARUM HAVNIENSIS GENEALOGICO-HERALDICÆ, ET EDINBURGENS. ANTIQVARIORUM, NEC NON SOCIETAT. ISLANDICÆ BONIS ARTIBUS PROMOVENDIS DEDITÆ SODALIS.

TOMUS SECUNDUS.

NORVEGICA COMPLEXUS AB ANNO MCLXXXIX. AD MORTEM ERICI MAGNI. ANNO MCCXCIX.

CUM VII. TABULIS ÆRI INCISIS.

HAVNIÆ, MDCCLXXXVI.

TYPIS J. F. SCHULTZII REGIÆ UNIVERSITATIS HAVNIENSIS TYPOGRAPHI.



INDEX
DIPLOMATARII ARNA-MAGNÆANI CHRONOLOGICO-CRITICUS.

1146. EVGENII Papæ III. Bulla protectoria (*) Monasterio Sti *Michaelis* Archangeli Bergis. Datum Laterani VII Idus Januarii, Indictione VIIII. Incarnationis Dominicæ Anno (**) M.C.XL.V. Pontificatus anno primo (***). - - P. I.

(*) Fundat. ab Augustino s. EYSTENO Rege, MAGNI Nudipedis filio mortuo 1122. vid. p. 127.

(**) sc. computationis Romanæ, nostræ vero 1146.

(***) Suum, qvod secutus sum, Apographum, descripsit Arnas Magnæus ex Cod. Diplomat. Monesterii Sti Michaelis s. Munkalifensi membraneo.

1154. ANASTASII Papæ IV. Fundatio Archiepiscopatus Thrundhemensis, illius metropoli subjiciens, *Asloensem*, *Hamarcopiensem*, *Bergenensem*, *Stawangriensem*, Insulas *Orcades*, Insulas (*) *Guthraie*, Insulas *Islandensium* & *Grenlandie* Episcopatus; adiecta lege (**) ut ad Romanum pontificem, donum, (non domum, ut in apographo perperam legitur) consecratinis recepturi adeant solum & ei subiecti semper existant. Datum Laterani [- - - Kal.] Decembris Jndictione III. Incarnationis Dominicæ Anno M.CLIIIJ. Pontificatus Anno II. Pag. 3.

(*) *Guthraie* qvæ fint infulæ, haud facile dictu effet, nifi abunde noverimus *Sudreyas* f. *Hæbudas* Regi Noro paruiffe, & earum curam Archicathedræ Trandhemenfi diu incubuiffe. vid. pag. 193. 194.

(**) Hanc legem etfi Gregorius IX. an. 1237. abrogaverit, Raynald. Annal. Ecclefiaft. T. XIII. p. 457. Archieleẽti tamen femper Romanam adierè feqventi ævo curiam. Vid. Vita Haconis Haconidis Ms.

1174. Magni *Erlingii* Litteræ, qvibus Regnum Norvegiæ Sancto Olavo & Metropolitanæ Ecclefiæ Nidariofienfi offert, obligans fe fuosqve fucceffores illud feu fevdum recepturos & privilegia hic inferta fervaturos. Actum (*) MCCLXXVI. X. Kal. Aprilis. in Veftiario Ecclefiæ Nidrofienfis. - Pag. 8.

(*) Præter errorem numeri, pro qvo, MCLXXIV. fubftituendum erit, vid. illuftriff. P. Fr. Suhms og G. Schönnings Forbedringer i den Danfke og Norfke Hiftorie p. 428 - 31. etiam moneri poffit contra diploma ipfum, figmentum effe feqvioris ævi, qvo ius fibi adfereret clerus, regnum cui vellet, deferendi. Si non ita effet, cur Tunsbergæ 1277. ubi tandem civilibus bellis vaga Regum fucceffione oriundis metam pofuit lex lata pag. 66. illud producere neqvit Præful Thrundhemenfis, ut omne Regi adimeret dubium expreffe fatenti, *habere fe raciones, fi fuper hiis coram iufto iudice duceret contendendum, & maxime contra electionem & fubiectionem corone, de quibus vix vel nunquam poffet probari ecclefiam Nidrofienfem in poffeffione eam habuiffe.* vid. pag. Diplom. 67.

1189. Clementis III. Bulla prohibitoria ne clerici arma in expeditione affumant. Dat. Laterani. V. Kalen. Februarii. Pontificatus Anno Secundo. - - - - Pag. 11.

1190. Pauli Epifcopi Bergenfis Litteræ, qvibus teftatur fe fcotaffe monachis Bergenfibus villam *Mor* in *Hardrangia*, eos vero fibi pro illa tradidiffe *Herdlam*, (*) Ecclefiæ Chrifti perpetuo poffidendam unacum dimidia marca auri, fiqvidem proventum *Herdla* minorem dat, qvam villa *Mor*. Declaratqve mendacium

dacium esse villam *Oo* dictam, ab Ecclesia villave *Herdlensi* aliqvando possessam fuisse (**). - - - - Pag. 11.

(*) *Ecclesiæ Christi* Norveg. *Kristkirkiu* rectius ecclesiæ Cathedrali: siqvidem hic *Krist* formatum est a *Kross* & hoc iterum a *Kor* Capitulum, ita ut in diplomatibus & historiis; *Kristkirkia*. *Korskirkia* & *Krosskirkia* nihil aliud sibi velit, qvam ecclesiam cathedralem: Capitulum habentem. Vel id inde patet, qvod, Ecclesia Tiundhemensis b *Mariæ* & Sto *Olavo*, *Bergensis Apostolis*, Stavangrensis *Svithuno*, & Asloensis *Halvard* dedicatæ fuerint, omnes vero κατεξοχην *Krist* & Krosskirkiur appellatæ.

(**) Ex mente b. Arnæ Magnæi datum est circa 1190. qvi rationes non attulit, nec obstat dici commutationem factam esse consilio & consensu Æ. ɔ: *Eysteni* Archiepiscopi, qvi nocte festum S. Pauli Apostoli seqvente 1188 vita functus est. P. F. Suhms og G. Schönnings Forbedringer i den Danske Historie p. 447. Etenim haud difficulter concluditur, litteras longe post rem actam esse editas, ut haberent Monachi Sti Michaelis, qveis probare possent contra qvorundum mendacium recentes petitiones, prædium Oo ad ecclesiam de *Herdla* nunqvam pertinuisse.

1194. Celestini Papæ III. Bulla protectoria *Erico* Archiepiscopo Nidarosiensi eiusqve successoribus data inter privilegia eidem concessa, conceditur venia aves, (*) falcones scilicet & Astures & Griceos emendi. Dat. Romæ. XVII Kal. Julii Incarnat. Dominicæ M.C.XCIV. Pontificat. Anno IV. - Pag. 13.

(*) Hæc Sanctione pragmatica Tunsbergensi confirmatur. Pag. 69. Lege Gulathingensi a Magno Legum, Reformatore lata. Tit. de locat. ad dominum fundi pertinebant Accipitres & falcones, qvos si vendere captos vellet, Regi primum offerendi erant. Cur vero caput Ecclesiæ Norvegicæ tale sibi privilegium expetierit, duplex potest esse causa. 1) ut in cæteris, ita in hoc æmularetur Reges, regnum vero beneficiario iure Sto Olavo debitu teneri tacite ostenderet. Qvomodo Haconus Comes qvinqvaginta falcones Haraldo Regi Daniæ, a qvo ille Norvegiam optinuit, dare necessum habebat. Snorro. T. I. 2) Ut exterorum Principum amorem falcones iis offerendo conciliaret sibi. Nam inter dona principibus digna fuisse docet, præter Snorro

 nem

nem T. II. *Giraldus* Cambrensis in Itinerario Cambriæ. Lond. 1585. p. 156. ubi fatalem Accipitri Norvegico venationem describit his verbis: accipitrem Norwagiensem generosum & grandem *Henricus* II. in Hiberniam transiens gestabat, qvem ut falconem nobilem in saxo qvodam sedere vidit. Rex læva proiecit. Falco vero qvanqvam inprimis tardior, ad alta tamen vix subvectus iraqve vindice vice versa de præda prædo iam effectus, a summis impetuosius ad ima descendens qvadrati pectoris vehementi præpositaqve talarum armatura talionem reddens, ad pedes Regios accipitrem confodiendo prostravit. Huic meliorem sortem habuere forsan albi illi gryphophalones, Gricceiqve, qvos Magnus Rex Norvegiæ Regi Angliæ Edwardo inter alia dono misit 1276. vid. Analecta mea p. 158.

1196. CELESTINI Papæ III. Bulla, qva prohibet & interdicit, ne qvis laicus in Diocesi Nidarosiensi jurisdictionem ecclesiasticam exerceat. Datum Laterani XVI Kalen. Aprilis. Pontificatus anno quinto. - - - - - - Pag. 17.

1202. (*) HACONIS SVERI filii patriæ turbis a clero motis exhaustæ miserati compositio inita cum *Erico* Archiepiscopo *Nidrosiensi*, qva Privilegia ecclesiæ Norvegicæ a Regibus EYSTENO, SIGURDO & INGIO coram Cardinalibus *Nicolao & Fidentio* Jure jurando concessa, & a MAGNO *Erlingi* filio, SVEROqve litteris confirmata stabiliuntur, clero debita Regi officia promittente. Pag. 18.

(*) In Apographo, *Vidisse* vulgo dicto, qvod *Eylifus* Archiepiscopus Nidrosiæ edidit in vigilia Sti Petri 1324, unde in Codicem allegatum emanasse crediderim, HAQVINO, SVERI ex filio nepoti, hæ litteræ tribuuntur. Sed qvominus, id verum sit, ordo rerum vetat. HAQVINUS, SVERI ex filio HAQVINO nepos nascitur 1204 & regio nomine insignitur 1214. *Ericus* vero cuius hic fit mentio in Archicathedra Trundhemensi 1188. Eylifo succedit, & post multas in Reges seditiones motas, circa 1206 moritur. vid. F. Johannæi Histor. Ecclesiast. Island. T. I. p. 277. Est igitur, si alias huic ulla fides, (nam Archipræsulem *Eylifum* in historia sedis suæ ignarum adeo fuisse, mihi non persvadeo) HAQVINO SVERI filio adferendum. Hoc remedio voluit

voluit Rex optimus finem malis facere, poſtqvam *Ericum* in Svecia & Dania exulantem anno 1202 domum revocaverat, rei publicæ ſaluti nihil carius, nihil prius habens.

1207. Philippi Regis Interdictum, ne *Morsdalenſes* Fratribus monaſterii Höfudey, ex capite villæ *Aſpar* in agro *Follenſi*, iis a Rege Ingio oblatæ, aliqvo modo graves ſint aut actione, aut iniuria eorum fundis, ſepibus & clatris illata, niſi poenas capitis & membrorum amputationis dare maluerint. (*) ſ. a.
Pag. 19.

(*) *Philippus* Rex *Baglorum* ɔ: Cleri a *Bagall* pedum epiſcopale vulgo dictus, *Sarpsburgi* eligitur 1207. ſeqventis autem anni initio Regium nomen abiuravit. vid. Torfæi Hiſt. Norveg. Lib. III. Cap. 7. 11. conf. Gebhardi Norſke Hiſtorie. T. II. p. 12. Autographum aſſervatur in muſæo Reg. Societatis Danicæ.

1220. Haconis Haconis filii Jus monetam cudendi datum *Guthormo*, Archiepiſcopo *Norvegiæ* & Eccleſiæ *Nidroſienſi*. (*) ſ. a.
Pag. 20.

(*) Qvando hocce privilegium datum ſit, non dixerim. Haqvinus Anno 1214 Regis nomine inſignatur, & cum *Guthormo* Archiepiſcopo id habet negotii, qvod non ſinit credere Regem illi ante annum 1220 privilegia qvædam contuliſſe. Enim hoc tandem anno Regem *Guthormus* agnoſcebat, &, ut ſi poſſet fieri, ſopirentur de regia dignitate rixæ, auctor illi fuit, ut filiam *Sculonis* Comitis in matrimonium ſumeret. Cuius benivolentiæ hoc ius monetam cudendi, munus forſan erit. Haud multum eſt recentius, nam *Guthormus* 1224 vitam cum morte commutavit. F. Johannæi Hiſt. Eccl. Iſland. T. I. p. 228.

1220. *Biarni* Epiſcopoſi *Orcadum* Litteræ, qvibus villam *Holand* ad ſinum *Dalsfiörd*, monaſterio *Bergenſi* in honorem dei & Sti Michaelis pro ſua, parentum. fratrum & cognatorum animabus offert, tali conditione, quod ſingulis autumnis *Agneta* Octo menſium cibaria, ſi tanti elocari potuerit villa, accipiat, ſi minoris, minus; reſiduum vero Monachi ſumant, villam

 tuean-

tueantur, elocent & *Agneta* mortua perpetuo poſſideant a cuiusvis impetitione liberam. (*) ſ. a. - - Pag. 21.

(*) Ex mente Arnæ Magnæi circa 1220.

1225. *Sculonis* Comitis donatio duarum marcharum & undecim orarum terræ in villa *Siætnum* ad *Tildras*, & qvinqve orarum terræ *Flegſtadis* in *Froſta*, facta Capitulo Nidroſienſi eodem (*) autumno, qvo eius filia MARGARETA, HACONI Regi nupſit, ſub conditione, ut fratres pro donatore vivo preces funderent; mortuo anniverſarium campanis pulſatis per totam civitatem celebrarent; ſingulis in urbe ſacerdotibus dimidiam libram ceræ & tres nummos ponderatos argenti annuatim ſolverent; ipſiqve die Sti Andreæ, dum viveret, poſtea vero die anniverſario qvot annis in ſui memoriam læti convenirent. ſ. a. Pag. 22.

(*) HAQVINUS Rex *Margaretham* Comitis filiam matrimonio ſibi iunxit 1225 in feſto Sanctæ Trinitatis. vid. Thorfæi Hiſtoria Norveg. T. III autumno vero proxime ſeqventi litteræ dabantur.

1227. HACONIS Regis Confirmatio Privilegiorum, qvæ MAGNUS Rex *Erlingi* filius Sto *Suituno* & Epiſcopis *Stavangrenſibus* dederat, ſecundum qvæ *Stavangria*, Sedes Epiſcopi, Sto *Suituno* oblata cum tributo expeditionis atqve mulctis in perpetuum poſſidenda permaneret, tali conditione, ut *Aſkelus* Epiſcopus, cuius petitione commotus Rex hæc concedit, curet nomina *Sveris*, avi ſui, *Haconis* patris ſui, ſuumqve nomen inferri Obituariis dioceſis *Stavangrenſis*, & pro iis orationes ſingulis diebus dominicis fundi. (*) ſ. a. - - Pag. 23.

(*) Poſt annum 1226, qvo *Aſkelus* in Epiſcopum Stavangrenſem eligitur, datum eſt, ſed poſtea qvando? latet. vixit vero Epiſcopus ad annum 1254. Annal. MSS. Nec maior eſt certitudo, qvo tempore MAGNUS *Erlingi* Eccleſiæ Stavangrenſi dederit hæc privi-

privilegia, nisi qvis id factum credat 1181; tunc enim Stavangriam veniebat, & ab *Erico* Episcopo loci, postea Nidarosiam translato, magnifice excipitur. Vita *Sverri* Regis MSS.

1228. GREGORII IX. Bulla protectoria data Ecclesiæ & Hospitali Stæ Crucis de *Fan* ab Episcopo Bergensi de novo fundatis. Datum Perusii. VI. Kal. Augusti. Pontificatus Anno secundo. Pag. 25.

1234. GREGORII IX Bulla monitoria ad HACONEM Regem, ut damna Episcopo Hamarensi illata compenset & in integrum restituat. Datum Perusii. III. nonas Octobris. Pontificatus Anno VIII. - - - - - - Pag. 26.

1246. INNOCENTII IV. Bulla, (*) qva defectus Natalium HAQVINO Regi Norvegiæ supplet, eiusqve proli legitimæ Jus in Regnum succedendi adserit. Datum Lugduni VI. idus Nouemb. Pontificatus Anno IV. - - - - Pag. 27.

(*) Jus Succedendi in Regia stirpe sanctum semper, & adeo inviolabile, ut qvenqvam, Regis sangvine non ortum, ad regnum admittere religioni duxerint Cives, hinc regnum semper hæreditarium erat & in nothos Regum filios æqva sorte derivatum ex lege primi acqvirentis Haraldi PULCHRICOMI & OLAVI Sancti. Agnovit hoc *Guthormus* Trundhemensis Archiepiscopus; & Judices Regni in causa inter HAQVINUM & SCULONEM Comitem Regnum impetentem idem dixerunt omnes. Tu vero, inqvit præsul, regni habenas moderaris, & omnes amici æqve ac inimici dicunt Tibi uni Norvegiam deberi a patre maioribusqve tuis ab Haraldo plucricomo linea recta natis iure hæreditario relictam. Ut vero sæpius Comitis & Baglorum fraudes natalium macula velatas Rex expertus erat, & ratione inde ducta, proli, & cariori patriæ, eadem mala olim metuebat, qvæ Norvegiam triginta fere lustris, misere attriverant, coronatione asseqvi, qvod deesse postulabant hostes, sapienter studuit. Nam qvæ unctionis vis, qvæ potentia, in maiorum animis antiqvitus fuerit *Erlingii* ad *Eystenum* Archiepiscopum verba docent. *Si*, inqvit, *Magnus filius meus a vobis coronatus fuerit, & solenni ritu*

ritu inauguratus, nemo jure eum a regno postea & Regio solio deturbabit: Wilhelmus nothus non erat Regis filius, sed Rex Angliæ inauguratus unctusqve sibi & suæ prosapiæ istud Regnum proprium fecit: Sveno Ulfonis filius Rege non erat editus, ritu tamen coronationis inauguratus est, omnesqve ejus post illum filii. conf. Raynald. Annal. Ecclesiast. T. XIII. p. 113. ubi de sacræ unctionis mysterio. Et ne qvidqvam sibi posset objici, nam Avi Sveri inaugurationem clerus dixit manu sacrilega factam; *Magnum* vero *Erlingidem* unctione patriam vendidisse notum; a summo post ipsum Papam ecclesiæ Principe Mysteria unctionis celebrari voluit. Annuere videbatur Tarpei montis custos, verum ut Romanæ sedi in rebus humanis summa deberi monstraret, res hucusqve a Rege gestas, indolem & cætera, qvæ illum concernerent, examini clericorum lynceo subjecit. vid. Raynaldi Annales Ecclesiast. T. XIII. p. 383. conf. Manriqve Annal. Ord. Cisterciens. T. IV. p. 426. Qvo examine peracto nihil præter natalium defectum, ne vel coronatione aboliri valentem inventum est, qvo regia petitio impediri posset: hinc præ cunctis bullæ opus, qva novam Jus publicum in successione Regum epocam inciperet, modo vellent posteri ista lege uti. Sed nulla ejus postea erat observatio, & Magnus Legum Reformator Cod. Leg. Tit. de *Successione Regia* lege VII jussit, ut Regi succederet filius nothus, sed a patre agnitus, modo nec incestus esset, aut adulterinus. Ne vero hac una vice talem bullam edidisse credantur Pontifices, adeantur Raynaldi Annales Tom. XIII. p. 266. ubi Ferrandus Castellæ Rex pari decoratur.

1247. *Wilhelmi* Episcopi Sabinensis Statuta, ut Jus patronatus ecclesiarum ad Episcopos pertineat. exceptis tribus Capellis, in qvibus Regina Norvegiæ eiusqve filii ius habeant, dum vivunt, Episcopo Stavangrensi postea cessurum; ut Causæ in Archiepiscopum motæ, coram Papa; in Episcopum coram Archiepiscopo; & cæteræ omnes ad ecclesiam eiusqve personas pertinentes, coram Diœcesano peragantur &c. Datum Bergis XVII Kal. Septembris. Pontificatus Domini Innocentii Papæ qvarti anno qvinto. - - : Pag. 29.

1247.

1247. *Wilhelmi* Epiſcopi Sabinenſis Statuta de operibus diebus feſtis exercendis; de reditibus eccleſiarum; de Decimis; & de earundem poſſeſſionibus per Epiſcopos minime minuendis. Datum Bergis XVI Kal. Septembris. Pontificatus Domini Jnnocentii Papæ Qvarti. Anno qvinto. - - - Pag. 30.

(*) De operibus diebus feſtis exercendis Leviticam ſeqvebantur majores legem. vid. Jus Eccleſiaſt. Vicenſe. Sed hoc rigore liberavit Norvegiæ incolas MAGNUS ERLINGI filius conſiliis patris ductus, accedente auctoritate *Eyſteni* Archiepiſcopi Anno 1163 confirmata haud multum poſt litteris Alexandri Papæ. Vid. Jus Eccleſiaſtic. Froſtathingenſe. Þetta er ſu lidan oc miſkun er ALEXANDER Paſe iatte *Eyſteini* Erkebiſkupi at gera um *Sildfiſki* i *Noregi* efter bæn *Magnuſs* Konungs oc *Ærlings* Jarls födors hans, oc *Eyſteins* Erkebiſkups. At ſild ſkal fiſkia hvert ſinn er a land gengr fyrer utan agæzto daga: en theſſer ero their dagar er hann let undan af papans hende, at egi ſe fixt á. Exaltatio ſancte crucis, Michialsmeſſu dagr, Allraheilagra meſſo dagr, Andreos meſſo dagr, fiorer hiner firſtu meſſo dagar i Jolum. attunde dagr Jola. threttande dagr. Annuntiatio ſancte Marie. Paſchadagr, Inventio Ste Crucis. helgi thorsdagr. oc Hvitaſunnu dagr. Joansmeſſa oc Petrsmeſſa. Olafsmeſſa hin firri. Mariumeſſu hvartveggi a hauſt ɔ: Hæc eſt illa venia & miſericordia, qvam *Alexander* Papa permiſit *Eyſteno* Archiepiſcopo facere *de captura halecium ad preces MAGNI Erlingi filii, Erlingi Comitis, patris ejus, & ipſius Archiepiſcopi. Ita ut poſthæc halecium captura licita ſemper eſſet, qvando littora accedunt exceptis diebus maxime ſolennibus. Qvi ſunt juſſu papæ a piſcatione immunes; Exaltatio ſanctæ Crucis: feſta Sti Machaelis, Omnium ſanctorum, Andreæ, Qvatuor Natalitiorum primi, octavus & decimus tertius. Annuntiatio Stæ Mariæ, Primus dies Paſchatos. Inventio ſanctæ Crucis, Dies ſanctus Jovis ɔ: Viridium. Dies Pentecoſtes, feſtum Sti Petri. Sti Olavi prior. Stæ Mariæ uterqve Autumno.*

1247. HACONIS Regis confirmatio Conſtitutionis *Wilhelmi* Cardinalis de operibus diebus feſtis, de reditibus Eccleſiæ paſtore mortuo; de decimis & poſſeſſionibus eiusdem per Epiſcopos non minuendis. Var þetta bref gort ok geſuit. j. *Biarghwin*

 fimtan

fimtan nattom fyrer *Egidii* möſſo. a. v. are Pauadoms vars herra Pauans Innocency hins IIIJ Paua. - - - Pag. 31.

1247. HACONIS Regis Conſtitutio 1) de Decimis iuſte ſolvendis, ita ut pro ſingulis animalibus nummus numeratus tradatur annuatim, optimo in ſingulis tribubus viro, qvi Sedi Sancti OLAVI Nidroſiam duos trientes, reliqvum Sto *Halvardo* mittat. 2) de Oblationibus Sto OLAVO & Sto *Halvardo* faciendis. Pag. 33.

1248. INNOCENTII IV. Bulla confirmatoria ſtatuti *Wilhelmi* Cardinalis de operibus feſtis diebus licitis. War þætta bref gort ok gefit j Lionsborg. Mariu möſſo æftan, a. vij. are vars Pauadoms. - - - - - - Pag. 34.

1250. HACONIS Regis Privilegia *Lubecenſibus* data mercimonia libere ducendi, & vendendi in Norvegia. Datum apud Bergaſ Pridie Non. Octobris. Anno Domini M.CC.L. Coronacioniſ noſtræ Qvarto Anno. - - - - Pag. 36.

1250. INNOCENTII IV. Bulla prohibitoria ne aliqvis, etiamſi per litteras Apoſtolicas præbendam obtinuerit, in Eccleſia *Nidroſienſi*, potentia ſeculari, ſe audeat intrudere. Datum Lugduni III Kal. Decembris. Pontificatus Anno Octauo. Pag. 38.

1252. *Serlonis* Archielecti Nidroſienſis fundatio Communis menſæ Canonicorum, ipſis ad hoc decimis Epiſcopalibus eccleſiarum Sanctæ *Crucis*, Sancti OLAVI, Sancti *Clementis* Nidroſiæ & eccleſiæ b. Petri de *Stein* conceſſis. Datum Nidroſie. Anno domini M.CC.LII. - - - - Pag. 39.

1253.

1253. *Serlonis* Archiepiſcopi Nidroſienſis Confirmatio fundatæ a ſe communis menſæ Canonicorum Nidroſienſium. Datum Nidroſiæ, Anno domini. M.CC.LIII. Pontificatuſ Anno I. Pag. 39.

1253. INNOCENTII IIII. Privilegia Eccleſiæ Nidroſienſi Metropolitanæ, Data Peruſii V. Kal. Martii. Indictione XI. Incarnationis Dominicæ anno M.CC.LII. Pontifiatus vero Domini Innocentii Papæ IIII anno Decimo. - - Pag. 41.

1255. ALEXANDRI Papæ IV. Confirmatio conſtitutionis *Serlonis* Archiepiſcopi de communi menſa canonicorum Nidroſienſium. Datum Neapoli iiij Kalendas Martii Pontificatus Anno Primo. - - - - Pag. 45.

1255. *Knuti* Comitis, Haconis filii, Litteræ donationis, ſuper unius Marcæ Bol in villa *Fiſkin* in tractu *Surnadalenſi Nordmeriæ*, hæreditate ſibi relicta a matre ſua, oblato Eccleſiæ Chriſti pro parte villæ *Hegginæ* ad *Æggam* in *Sparabui*, qvam Comes *Sculius* illi obtulerat pro anima *Ingeridis* filiæ ſuæ, uxoris vero Comitis *Knuti*. Anno Domini. M.CC.LV. ſyrſta vætr. Ærkibiſkupsdoms herra. Æ. Ærkibiſkups. - Pag. 46.

1260. ALEXANDRI IV. Bulla, qva Capitulum Nidroſienſe ab omnibus expenſis, & proviſionibus Legatorum, aliorumqve immune declarat. Datum Anagniæ. XVI. Kalendas Auguſti Pontificatus Anno ſexto. - - Pag. 46.

1264. *Birgeri* Archipoſtulati Nidroſienſis confirmatio fundatæ a *Serlone* Archiepiſcopo communis menſæ canonicorum Nidroſienſium, reſtitutis eidem omnibus, qvæ per *Enarum* ſuum prædeceſſorem iniuſte fuerant ablata. (*) ſ a. - Pag. 47.

(*) *Enaro Smörbako* metropolim Nidroſienſem Regenti ab anno 1253 ad Annum 1263 *Birgerus* electione Capituli ſuccedere deſti-

destinatur. Sed consecrationem nunqvam obtinuit, morte interveniente. Hoc igitur vel seqventis anni initio litteras præsentes dedit: etinim hoc Pallio decoratus Roma domum rediit eius successor. vid. F. Johannæi Hist. Eccl. Island. T. I. p.

1264. *Birgeri* Archipostulati Nithrosiensis Compositio inter Canonicos & Fratres Prædicatores Nithrosienses. - Pag. 48.

1264. *Haconis* Episcopi Osloensis Litteræ donationis factæ Canonicis Asloensibus Anno 1261 super IV Marcabol in *Hæggærimis* emtis a Fratribus ordinis prædicatorum; II Marcabol in *Klanastadis* acceptis a *Sigurdo Jvari* pro exseqviis sibi persolvendis; XII Orarum Bol in villa *Berga*, accepto ab *Ecclesia* Sti *Nicolai* pro I Marcæbol in *Birka* qvam solverat *Steinar Lassauki*; & dimidiæ Marcæ Bol in *Solbergis*; VI Orarum Bol in eadem villa *Berga* commutato a *Beino* Sacerdote pro VI Orarum Bol in *Solbergis*; X Orarum Bol in *Bærgslyckia* obtento ab *Ecclesia* Sti *Clementis* pro I Marcæ Bol in *Birka*, & II Orarum Bol in *Solbergis*; tota insula *Bædio*. Pro qvibus bonis Canonici ad Stum *Halvardum* anniversarios donatoris, eiusqve matris singulis annis solemniter celebrent tribus missis, Elemosina XXX pauperibus eroganda, & oblatione candelarum, qvarum singulas unam marcam ponderantes singulæ *Ecclesiæ* Osloënses cum una ora argenti ponderati accipient. Actum hieme Episcopatus XVII. sed a Nativitate Dni M.CC.LX. & IV hiemibus elapsis. Pag. 49.

1265. Magni Regis Haconis filii Litteræ protectoriæ datæ Capitulo Nidrosiensi apud Stum Olafum. Actum Anno Dni M.CC. LXV. secunda hieme Regni. - - - Pag. 51.

1265. Magni Regis Haconis filii Litteræ Commutionis super villa *Vatn* ad *Asos* tradita Capitulo *Nidrosiensi* pro ista parte villæ *Fiskin*, qvam a *Knuto* Comite acceperant Canonici. Pag. 52.

1265.

1265: Clementis IV. Bulla protectoria data Capitulo *Nidrosiensi*. Datum Perusy iij Kl. Aprilis pontificatus anno primo. Pag. 52.

1266. *Thoreri* Episcopi *Stavangrensis* Litteræ Donationis factæ consilio Magni Regis, Capitulo Stavangrensi, super parte Decimarum Episcopalium in *Finöya*. Datum Bergis Anno Domini. M.CC.LXVI. Pontificatus Anno IX. - Pag. 53.

1266. Clementis IV Bulla confirmatoria constitutionis Serlonis Archiepiscopi de Communi mensa Canonicorum. Dat. Vitterby viij Kal. Octobr. Pontificatus anno secundo. - Pag. 54.

1267. *Haconis* Archiepiscopi Nidrosiensis litteræ donationis factæ Capitulo Nidrosiensi, super Ecclesia beati *Andreæ* de *Haug* ab eodem libere possidenda, excepta Episcopalis procurationis debita portione, Datum Nidrosiæ Anno Dni M.CC.LX. VIJ. XVIJ. Kal. Septembris. Pontificatus anno primo. Pag. 55.

1268. Clementis IV. Bulla protectoria data capitulo *Nidrosiensi*. Dat. Vtterby v. Id Augustj pontificatus Anno Quarto. - Pag. 56.

1268. Clementis IV. Bulla confirmatoria super Ecclesia b. *Andreæ* de *Haug* oblata Capitulo *Nidrosiensi* per *Haconem* Archiepiscopum Nidrosiensem. Var þætta bref gort. j' *Urbe veth.* a iiij Idus dagi Augusti Manadar. a, iiij are vars pauadömes. Pag. 56.

1270. *Thoreri* Episcopi Stavangrensis Fundatio Nosocomii ad Ecclesiam Sti Petri in usus Civium *Stauangrensium*, datis in hunc finem, præter Ecclesiam Sti Petri, Regis Magni hæreditariam, prædiis, *Ingiallzvag* ab omnibus oneribus Regio iuri debitis liberum; *Scialgsnæsi* parte ad ecclesiam non pertinente: insula *Foldöy* dimidia; *Ogauæs*; *Vidarack*; *Slolbiargir*; *Saxland*;

 agro

agro ab utroqve latere viæ ad rivum ducentis; ſilva neceſſaria & duobus pratis. - - - Pag. 58.

1271. *Aſkatini* Epiſcopi Bergenſis Litteræ donationis factæ Communi menſæ Canonicorum Bergenſium ſuper *Eccleſia* ſanctæ Trinitatis, minori, & medietate *Eccleſiæ* ſanctæ Crucis. Datum Bergis Anno ab incarnatione Domini M.CC.LXXI. tertio Kalendas Maji. Pontificatus Anno Primo. - Pag. 59.

1273. *Th. Stavangrenſis* Epiſcopi Litteræ donationis ſuper Eccleſia de *Sola*, oblata communi menſæ Capituli *Stavangrenſis*. (*) Datum apud Brua. anno domini. M.CC.LXXIII. Pontificatus Anno XVIII. - - - - Pag. 60.

(*) Aliud huius diplomatis adeſt Autographum in Faſcic. XXVI. No. 4. Datum apud Stawangriam. Anno Domini M.CC.LXXIII Pontificatus noſtri anno XVIII hiis vero teſtibus preſentibus. Magiſtro *Amundo*. *Dagfinno* Capellano. *Erlingo* presbitero. *Johanne Albo* & aliis fide Dignis. Cui Sigillum corda ſericea rubri viridis & flavi coloris appendet.

1274. Magni Regis Litteræ Fundationis Eccleſiæ Duodecim Apoſtolorum Bergis. (*) ſ. a. - - - Pag. 61.

(*) Qvo hoc anno actum fuerit docent Annales Mss. Hiemem 1272 & 73. communem *Tunsbergæ* Rex egit ſed vere novo *Bergas* iter faciebat, ubi eius auctoritate *Rafnus Oddi* filius & *Thorvardus Thorarini* mutuo juramento, mutuam ſibi amicitiam promiſerunt. Seqventi hieme 1273.-74. *Magnus* Rex Bergis erat & hac Capella Regis ad ædes Regias intra caſtellum ſtructa perfectaqve. 1274 circa feſtum Omnium ſanctorum a Lugdunenſ. concilio rediit *Johannes* Archiepiſcopus ferens ſecum partem ſpineæ coronæ domini. Cuius Rex certior factus ex templo Apoſtolorum ſolenni proceſſione. Sanctis iſtis reliqviis obviam invit Proxima vero hieme Bergis transacta, Nidroſiam vere proficiſcitur. Unde (ædificio templi Apoſtolorum ad finem perducto) litteras fundationis Anno 1274. a Rege datas eſſe patet.

1275.

1275. *Johannis*, Archiepiſcopi *Nidroſienſis* Indulgentiæ XL dierum datæ iis, qvi Eccleſiæ Sti *Swituni* Stavangrenſis noviter combuſtæ manus porrexerint adiutrices. Datum Nidroſie Anno Dni. M.CC.LXX.V. XVI Kalendas Septembris. Pontificatus Anno VII. - - - Pag. 62.

1277. MAGNI Regis, HACONIS filii Fundatio *Hoſpitalium* ad *Vagsbotnum Bergis*, Dedicatorum *Omnibus ſanctis* & Stæ *Catharinæ*. Actum Bergis dimidio menſe poſt Paſcha a Nativitate Dni M.CC. hiemibus LXX hiem: & VII hiem. Anno Regni XIII. Pag. 63.

1277. *Johannis* Archiepiſcopi Nidroſienſis Litteræ donationis ſuper Eccleſia Stæ *Mariæ* & *Mæren* oblata Cummuni menſæ Canonicorum Nidroſienſium. Datum apud Tunsbærg. VI iduſ Julij. Anno ab incarnatione Dni. M.CC.LXX.VIJ. Conſecrationis anno decimo. - - - Pag. 65.

1277. Compoſitio inita ſuper diſſidiis inter Regem MAGNUM & *Johannem* Archiepiſcopum de variis Capitibus Juris Civilis & Canonici; præſertim de Electione Regum, eorumqve Vaſallagio Patrono Regni minus iuſte adſerto. (*). - Pag. 66.

(*) Alia hanc compoſitionem præceſſit anno 1273, qvam apud Raynald. Annald. Eccl. T. XIV. pag. 209. iisdem fere verbis comceptam legimus. conf. Th. Torfæi Hiſtoria Norveg. T. IV. p. 354. Ut vero eam ſedis Romanæ auctoritate ſua munire non placuit, novam conſenſu mutuo Rex & Archiepiſcopus æternum duraturam communi utriusqve conſiliariorum voluntate & conſilio inierunt. Magna ſunt, qvæ ceduntur clero verum maiora Regi. Poſthoc enim tempus nec venalis morte Regum corona eſſe potuit, nec in Regnum ſucceſſio ut olim vaga. Unde in dies Eccleſiæ uſurpata hucusqve auctoritas potentiæ creſcenti Regum in tantum ſuccubuit, ut *Jerundus* Archiepiſcopus Comitiva Dignitate inveſtiri honore ſibi duxerit, eius vero ſucceſſores Absqve conſenſu Regis neminem a Capitulo eligi, electumve conſecrari poſſe judicaverint. vid. Litteræ, qveis *Marcellus* Schalotenſis, *Thorlacus* Vibergenſis, Gunnarus Stawangrenſis, *Hemingus*

mingus Farenfis, *Matheus* Holenfis, Epifcopi, Alverus Sanctorum Apoftolorum Bergenf. *Gunnarus Afloenfis* Regalium Capellarum collegiatarum præpofiti decernunt electionem *Olavi Thrunderi* a Capitulo Nidrofienfi factam, ob defectum confe fus regii effe jure nullam. Nidrofiæ Anno Dni M.CDL. die feptima menfis Aug. Autogr. membr. cum VII Sigg. in Archivo Reg. affervatur. Qvam fic MAGNUS mulcendi artem animos a patre doctus tyrannidem feliciter infringere coepit, pofteri juftis limitibus defcripferunt. Nec mora; rediit mox alma Themis civilibus exulata diu bellis, & regnum floruit, donec Præfules (ut verbis utar CHRISTIANI III. in litteris ad *Esgerum Bilde*, datis in monafterio *Wefterwig* fecunda die Pafchatos 1537) *Iterum imperandi libidine & licentia fummis ima mifcerent, & certam patriæ ruinam minarentur*, qvæ caufa fuit, cur feculares regni fenatores, Nobiles omnes, civitatum rurisqve incolæ, in comitiis 1537. Epifcopalem dignitatem, munus, nomen, lege abrogaverint.

1277. *Johannis* Archiepifcopi *Nidrofienfis* Confirmatio contractus commutationis factæ inter Rectores *Ecclefiæ Crucis* & *Arnam Blikafolum*, qvi pro prædio *Blikar* in tractu *Strindenfi* iis partes villarum *Skærdings fcæidiæ*, *Vidum* in *Skaun*, & *Afe* libere poffidendas tradit, data fimul venia incolis villæ *Leiræ* filvam *Blikenfem* in ufus neceffarios vertendi. Actum Nidrofiæ a nativ. Dni M.CC. hiemibus LXX hiem. & VII hiem in Vere in die *Frejæ* ɔ: Veneris. Anno Archiepifcopatus IX. Pag. 73.

1277. MAGNI Regis Litteræ, qveis ufuras pecuniæ & rerum inanimatarum interdicit, fub poena amiffionis rerum tali modo elocatarum, divendarum inter Regem & Epifcopum. (*) f. a. Pag. 75.

(*) Ut hæ litteræ colloqvio cum Vicenfibus & Haugenfia Tunsbergæ celebrata comitia freqventantibus, habito nituntur, crediderim eas eodem ac Compofitionem præcedentem anno datas effe.

1277.

1277. MAGNI Regis Litteræ, qvibus *Johanni* Archiepiſcopo ſuisque ſucceſſoribus concedit.

1) Jus ſumendi totam mulctam, qvam ſui famuli pro vulneribus, & plagis ſibi invicem illatis ſoluerint, niſi delictum fuerit commiſſum in præſentia Regis; qvo caſu Rex dimidiam mulctam capiat, omnem vero, ſi vitæ membrive jacturam inter eos qvis fecerit, etiam abſente Rege.

2) Jus eos, qvi citati coram Archiepiſcopo & Capitulo apparere noluerint; eadem, qvam Jus civile ſtatuit, mulcta pecuniaria plectendi.

3) Jus monetandi *Nidaroſiæ* tantam pecuniæ bonæ & dativæ ſummam, qvantam unus monetarius cum famulo cudere potuerit.

4) Privilegium, qvo ſinguli lapidicidæ, lignarii, & operarii qvadra Archiepiſcopi victitantes, & qvi eccleſiæ Sti OLAVI & Sedi Archiepiſcopali qvotidianas operas collocant, ab expeditionibus, & tractione navium eximuntur.

5) Liberam poſſeſſionem communis fundi in campis *Jluvollum*, ubi Archiepiſcopus exſtrui feceràt Hoſpitale in uſus pauperorum, nec non ædium lateritiarum citra ripam amnis Nidenſis, qvas *Johannes Tinſkaſuin* qvæſtor Regius *Einaro* Archiepiſcopo olim collocaverat. Actum Bergis elapſis a Nativ. Dni M. hiemibus CC. hiemibus LXX hiemibus & VII hiemibus in Vigilia Crucis in Autumno. Anno Regni XIIII. Pag. 76.

1277. MAGNI Regis Litteræ, qveis Cives Borgarthingenſis ſecundum Compoſitionem *Tunsbergenſem* decimas ſoluere jubentur. Actum Bergis in feſto Sti *Mauricii* Anno Domini M.CC. (LXX) VII. anno Regni XVIIJ [XIIII]. - - Pag. 79.

1277. MAGNI Teſtamentum. Bergis MCCLXXVII. Kal. Auguſti. Pag. 251.

1278. *Johannis* Archiepiſcopi *Nidroſienſis* Litteræ, qvibus incolas ſuperioris partis territorii *Sparbuenſis* Eccleſiæ de *Mæren*, cujus turris præterita hieme collapſa, haud modicis ſumptibus exſtruenda erat, ſolvere jubet dimidiam partem oblationum ſingulis eccleſiis in eodem territorio debitarum, ut olim factum eſt;

eſt; etiamſi per aliqvod tempus iſthoc jure ſuo dicta eccleſia non uſa ſit. Actum Nidroſiæ in hieme, in ſecunda ſeptimana poſt feſtum Julenſe ɔ: Natalitia, elapſis a Nativit. Dni M hiemibus CC. & LXX. hiem. & VII hiem. anno Archiepiſcopatus XI. - - - - Pag. 80.

1278. Magni Regis Privilegia Civitatibus Hanſeaticis, præſertim vero Lubicenſibus data. Datum Tunsbergis anno domini Milleſimo. ducenteſimo. ſeptuageſimo. octavo. qvinto decimo kalendas Auguſti, Anno Regni noſtri Quinto decimo. Pag. 82.

1278. *Petri* Epiſcopi *Orchadenſis* Indulgentiæ XL dierum, datæ iis, qvi *Eccleſiæ* Sancti *Svithuni* noviter combuſtæ elemoſinis ſubvenerint. Datum Tunsbergis Anno Dni M.CC.LXX VIIJ. IIJ. Nonas Septembris. Pontificatus anno IX. - Pag. 83.

1278. *Andreæ* Epiſcopi *Oſloenſis* Indulgentiæ XX dierum datæ iis, qvi *Eccleſiam Stæ Trinitatis* Stavangrenſem viſitaverint. Datum Tunsbergis anno domini M.CC.LXX.VIIJ.VIJ. Iduſ Septembris, Conſecrationis anno XIJ. - - Pag. 84.

1278. Magni Regis Litteræ, qveis ſe ſuosqve ſucceſſores obligat, Præpoſitum Eccleſiæ Apoſtolorum Bergis, Epiſcopo & Capitulo eccleſiæ cathedralis præſentare, ab iisdem confirmandum. (*). - - - - - Pag. 85.

(*) Ex mente *Arnæ Magnæi* ad hunc annum pertinet.

1280. Capituli Nidroſienſis teſtimonium de immunitate bonorum Eccleſiæ Cathedralis intra *Trandhemiam*, a tributis, talliis & qvibuscunqve collationibus, ita ut, neqve Regi, neque alicui alteri, qvam Eccleſiæ, eius coloni aliqvid unqvam ſoluant. Actum Nidroſie in auditorio domini archiepiſcopi. Pridie Idus Martii Anno domini. M.CC.LXXX. - Pag. 86.

1280. *Nervæ* Epifcopi Bergenfis teftimonium de concordia ab Archiepifcopo fruftra tentata inter ecclefiam & imperium fuper nova lege tributa & talliàs clericis & eorum prædiis imponenti. Datum Bergis. XVI. Kal. Aprilis, Anno fupradicto. Pag. 89.

1280. *Thorfinni* Epifcopi Hamarenfis Indulgentiæ datæ iis, qvi ecclefiæ Sti *Swithuni Stauangrenfis* Cathedrali manus porrexerint adjutrices. Dat. Bergis. Anno domini. M.CC.LXXX. pridie Idus Julii. - - - - Pag. 91.

1280. *Jorundi* Epifcopi Holenfis Indulgentiæ datæ iis, *Ecclefiæ* Sti *Swithuni* Stavangrenfis Cathedralis manus porrexerint adjutrices. Datum Bergis Anno domini M CC.LXXX pridie Idus Julij. Pontificatus Anno (numerus deeft). - Pag. 92.

1280. *Arnonis* Epifcopi Skalholtenfis Indulgentiæ datæ iis, qvi ecclefiam Sti *Suithuni* Stavangrenfis vifitaverit. Bergis. Anno Dni M.CC.LXXX. IX Kal. Augufti. - - Pag. 160.

1280. Septem Epifcoporum teftimonia de Juramento Erici Regis, Ecclefiæ & Archiepifcopo, 1280. in fefto Sti *Suithuni*, inter facra Caronationis Bergis, præftito. Actum Bergis VIII. Kal. Augufti. - - - Pag. 92.

1280. Capituli Nidrofienfis teftimonium de monitione Dominis *Hallkelo* & *Johanni* Baronibus atque *Erlendo* Ballivo facta ab *Johanne* Archiepifcopo, ne ecclefiam ejusve poffeffiones & perfonas talliis, aliisve oneribus gravarent. Domini MCCLXXX. III. Nonaf Octobris. - - - Pag. 94.

1281. *Audeni Hugleiki* filii Litteræ donationis Monafterio *Munkalifenfi* Bergis, fuper. V. manadamala bol villæ Vnnarfetri in Stafsnefo ad *Sunfiordas*, in gloriam dei, parentum & uxoris

 fuæ

ſuæ *Gyridis* factæ. Actum anno domini M.CC.LXXXJ. in feſto ſanctorum Coſme & Damiani Martirum. - Pag. 96.

1282. *Erlingi*, *Petri* Epiſcopi e fratre nepotis, perſonæ eccleſiæ beatæ *Mariæ*, qvibus *Erico* Abbati & monaſterio *Munkaliſenſi* prædium *Roſſanæs* pro III marcis argenti puri, unacum parte prædii *Þornsey* dicti, vendit atqve ſcotat. Actum anno domini M.CC.LXXX. ſecundo. - - Pag. 96.

1283. Erici Regis & *Haconis* Ducis Noruegiæ Litteræ protectoriæ datæ Eccleſiæ & Capitulo *Nidroſienſi*. Actum Bergis (*) elapſis a Nativitate Dni M. hiemibus CC.LXX hiem. & III hiemibus, Anno Regni IV. - - Pag. 97.

(*) De modo veteribus Danis, Norvegis & Islandis ſolenni computandi Annos per hiemes vid. Lackmanni Tractatum. Kiliæ hac de re editum 1746.

1283. *Arnonis* Epiſcopi *Stavangrenſis* litteræ donationis ſuper terra *Faxſtadr* in parochia de *Sand*, factæ communi menſæ Canonicorum Capituli *Stavangrenſis*. Datum M.CC.LXXXIII. In exaltacione ſanctæ Crucis, conſecrationis anno VII apud Stawangriam. - - - Pag. 97.

1283. *Olafi Erlendi* filii, *Ingeburgis Johannis*, & *Ingeburgis Amundi*, teſtimonia, ſuper donatione II manadamata bol prædiorum *Vilreidhi*, & *Langakir* in Præfectura navili *Gemlaſtadenſi* ad *Nordfiordas*, facta Monaſterio *Muncaliſenſi* a *Steinvora Oſteni* filia. Scriptum Kirkiueidhe die proxima ante feſtum undecim milium Virginum Anno Regni Erici Regis Norvegiæ IV. Pag. 98.

1284. *Aſlaci* (*) *Johannis Tuiſkaueni* filii Teſtamentum, qvo relinqvitur *Eilifo* legifero culcitra ſua maxima, ſecuris, gladius, treſque clipei; illius vero conjugi *Jerdrudi* tapetes & tentoria ædis inferiora, culcitra ſimplici velamine obducta, aliaque minor. Eccleſiæ cathedrali, ad qvam ſepeliri voluit; ciſta & roſæ

rosæ duæ argenteæ inauratæ, qvibus redimantur in usus clericorum & æditurorum funeri obviam euntium libra ceræ & quatuor marchæ argenti; Canonicis pro anniversario celebrando I marchæ bol prædii *Krokstadorum* in *Skauna* & dimidiæ marcha bol prædii *Saltnesi*: Sto OLAVO & ecclesiæ Cathedrali uncia argenti; Ecclesiæ Sti *Olavi Nidrosiæ* IV Ortuga bol prædii *Strönd* pro pice, qya obducatur, commenda: Altari Sti OLAVI in eadem ecclesia, peristroma & frontale (**) sericum. *Augmundo* ad ecclesiam Sti *Clementis*, crux & tunica: Domino *Erlingo Hildæfilio* Jus, fibulam auream, (***) sceptrum & cornu pro XIII marchis retinendi. ERICO Regi & *Audeno Hugleiki* filio Jus & cura patrimonium suum, hæreditatem & donationem sibi a sorore lege relictam petendi & dividendi, ut & obligatio debita, æs alienum, in eventum, si Rex sibi successerit, unius marchæ bol prædii *Saltnesi*; & Domino (****) *Audeno Hestakorn* alterum ejusdem loci marchæ bol. s. a. Pag. 99.

(*) In Diplomate anni 1277. vocatur *Tinskauin* Qvæstor Regius. vid. p. 76 - 78.

(**) De serici usu vestiario apud antiqvos valde freqventi vid. *Snorro*, in vitis MAGNI Nudipedis, & HARALDI Gilli Regum. Nialsaga pag. 125. & illustris *Lagerbring* in notis ad Monumenta Scanica T. I.

(***) *Spira* tam sceptrum qvam baculum notat, & sine dubio hic baculus intelligitur, qvi homini privato magis convenit.

(****) Ex nomine *Audeni Hestakorn* colligitur circa hoc tempus litteras esse datas, nam paucis posthæc annis mortuus est.

1284. *Jerundi* Archiepiscopi *Nidrosiensis* Litteræ, qvibus *Arnæ* Episcopo Ecclesiæ Cathedrali *Stavangrensi* prædium *Sunnana* in *Vikadale*, illis a Domino *Sigurdo* consensu sororis suæ *Ingeburgis* oblatum adjudicat, illudque ab *Ingemundo* & *Osmundo* ejusdem ecclesiæ Canonicis restitui jubet, pecunia, qva prædium emerant, ab ecclesia accepta. Actum Stawangriæ die (*) *Frejæ*, ante festum Trinitatis anno Archiepiscopatus IV. Pag. 101.

(*) Nor-

(*) Norvegi dies Romano more Deorum nominibus vocarunt seqventi ratione; *Sunnudagr* iis erat Dies solis; *Mánadagr* dies lunæ; *Tirsdagr* dies *Tiri* s. Martis; *Odinsdagr* dies *Odini* s. Mercurii; *Thorsdagr* dies *Thori* s. Jovis; *Freydagr* dies *Freyæ* s. Veneris; *Laugardagr* dies lavationis ɔ: sordibus per præcedentes contractis, abjiciendis destinatus. In *Islandia* vero mos ethnicus lege abrogatus est seculo XI auctore Sto *Johanne* Episcopo Holensi. Est igitur in hunc diem apud eos *Drottinsdágr*, dies dominica. *Annardagr viku*, secunda dies septimanæ. *Thridiudagr* tertia dies. *Midvikudagr* dies septimanæ media. *Fimtudagr* dies qvinta. *Föstudagr* dies Jejunii sc. Veneris. *Thvattdagr* dies lavationis s. *Laugardagr* dies lavacri sc. Saturni.

1284. *Amundi Haraldi* filii & N. Sacerdotis, Regis Norvegiæ Nuntiorum Litteræ, qveis *Petrum* de Ordine fratrum Minorum in *Horsnæs* & Advocatos Regis Norvegiæ in Noriutia monent, ut bona in *Rolde*, *Skandthorp*, *Thrywad*, *Byrsting*, *Flö*, *Hyldislöff*, *Methalby*, *Rostveth* & *Agisthorp*, Domicellis *Juttæ* & *Agneti*, Erici Regis filiabus loco patrimonii adserta, iis, earumve nuntiis libere resignent, nec in posterum de eis aliqvatenus se intromittant. - - - Pag. 102.

1285. *Nervæ* Episcopi Bergensis Confirmatio Commutationis bonorum inter Claustrum monialium *Bergense* & monasterium Sti Michaelis ibidem, qva *Ericus* Abbas *Munkalisi* qvartam partem prædii *Skeidi* in *Cormta* (cuius reliqvum prius tenuit,) ab *Asa Eilifi* filia Sororibns datam, accepit, pro V manada mata leigu prædii *Lodhuthueitt*, & V. marchis argenti *Norvegici* defæcati. Actum a Nativit. Dni M.CC.LXXX & V hiemibus, Die Lunæ in Septimana muta, ɔ: proxima ante Pascha. Pag 103.

1285. Magistri *Erici* Præpositi territorii *Listensis* Litteræ, qvibus *Erico* Abbati Monasterii *Munkalifensis*, *Bergis*, prædium *Auridhadal*, emptum ab *Amundo* de *Fættenom* & *Roari* filiis, pro XV Marcis argenti puri, qvas se accepisse profitetur, vendit.

dit. Actum elapsis a Nativitate Dni M.CC.LXXX & V. hiemibus. in Vigilia Sti *Hallvardi*. - - Pag. 104.

1285. *Ingeburgis* Reginæ *Norvegiæ*, *Erici* Abbatis de *Munkalife* & *Erici Dugalli* filii, Litteræ, qvibus *Nervæ* Episcopo Bergensi & domino *Bernoni Erlingi*, filio Nuntiis Regis Noruegiæ in Sveciam euntibus, in mandatis dant. I) Si litteræ, qvas secum ferunt, non adprobentur, compositionem qvomodo velint, dummodo de milite conducto mentio non fiat, cum Rege Sueciæ ineant, & tempus foederis utrinque sanciendi ad festum Johannis Baptistæ constituant. II) Regem Daniæ adeant mutui foederis svasores, illique *Ordostam*, cum *Tiorna* si necessitas urserit, pro sex mille marchis, qvarum tamen pars Norvegis damna passis cedat, oppignorent; caventes, ne Rex Daniæ ante,' qvam termini pecuniæ solvendæ, sive tot anni, qvot sunt millia marcharum, præterlapsi fuerint, dictis terris suos præficiat homines: dieque Sti Canuti ad Gulbergsheidam foedus pangi postulent. III) Salvum Conductum Hanseaticis pacem postulantibus nomine Regis polliceantur. IV) Regi Daniæ foedus proponant mutuæ defensionis, qvo caveatur, ne alteri sine alterius consensu cum Hanseaticis pacem ferire liceat. Anno VI Regni Erici Regis. M.CC.LXXV. Pag. 104.

1285. Magni Regis Sveciæ testimonium, mutuam in commerciis libertatem Norvegos inter, & Civitates Slavicas, foedere Anno Dni 1285 vigilia omnium Storum Calmariæ pacto, initam fuisse. Actum Calmariæ Anno Dni M.CC.LXXXV. Pag. 106.

1286. *Honorii* IV Bulla. qva Regem Norvegiæ rogat, legem Sterlingos argentumve clericis vendi caventem aboleat, cum ea in rerum terræ Sanctæ dispendium vergeret. Datum Romæ apud S. Sabinam Nonis Januar. Anno I. - - Pag. 107.

(*) conf. Raynaldi Annal. Eccles. T. XIII. ad hunc annum.

1286.

1286. *Brinjulfi* Epiſcopi *Skarenſis* Indulgentiæ datæ iis, qvi Eccleſiæ Sti *Svithuni*, Stavangriæ noviter combuſtæ manus porrexerint adjutrices. Datum apud Liuduſiam. Anno Domini M.CC.LXXX.VI. VI. idus iulij. - - Pag. 108.

1287. *Gautonis* Junioris, Baronis Erici Regis Norvegiæ, Litteræ, qvibus Domino *Erico* Abbati de *Munkalife* ſcotaſſe teſtatur XX manada matabol prædii *Horgalandi*, cuius partem dimidiam olim monaſterio vendiderat. Bergis, elapſis a Nativitate Dni M.CC. hiemibus LXXX. hiemibus & VII hiemibus die Lavationis ɔ: Saturni in Septimana Paſchatis - Pag. 109.

1287. Erici Regis & *Haconis* Ducis Litteræ protectoriæ de *Stigoto Andreæ*, *Nicolao Knuti*, *Nicolao Hallandsfar*, *Petro Jacobi*, *Petro Pors*, *Stigoto Nicolai*, *Aghoni Cake* & *Ranoni Johannis*. Datum, Tonsberg Anno Domini Milleſimo Ducenteſimo Octogeſimo ſeptimo. in Craſtino Natiuitatis beati Johannis Baptiſtæ. - - - Pag. 110.

1287. *Haconis* Ducis Priuilegium Lubicenſibus, aliisqve Civitatibus Slavicis datum commercia in ſuo ducatu libere exercendi. Dat. Aſloiæ. Anno Domini M.CC LXXXVII. tercia feria infra Octauas aſſumptionis b. Marie Uirginis. - Pag. 111.

1288. *Johannis* Abbatis de *Lyſa*, totiusqve conventus Litteræ, qvibus *Erico* Abbati de *Munkaliue*, prædium *Haughaland* in *Framnæſo* ſibi ſuisqve fratribus a Dno *Finno Gautonis filio* pro ſuſtentatione filii ſui Dni *Johannis* datum, tradit, pro *Nedrehus* & præſtanda ab hoc ſervitute, eodem modo; qvo illud a Dno *Gautone Unga* coëmerunt Actum a Nativitate Dni M.CC.LXXX & VIII hiemibus, die Fabiani & Sebaſtiani. Pag. 112.

1288. *Magnildæ Halkelis* filiæ litteræ, qvibus *Erico* Abbati & monasterio *Munkalifensi Bergis*, X *manadamatabol* in prædio *Seme* in *Sognia* pro XLV marcis argenti Norvegici, qvarum tres una marca argenti puri ualent, vendit & scotat lege reluitionis, post qvinqve annos faciendæ, ita tamen; ut Abbati ante *noctem sanctam* reluitio declaretur. Actum die Frejæ Anno Dni M.CC.LXXXVIIJ. - - Pag. 113.

1288. *Haconis* Ducis Norvegiæ Privilegium datum Septem Civitatibus Slavicis, *Lubeck*, *Rostock*, *Stralsund*, *Wismar*, *Gripeswold*, *Rige* & *Wisby*, qvo a telonii solutione, qvæ in captura halecium fieri solet, eximuntur, donec pecunia a *Norvegis* dictis ciuitatibus secundum foedus *Calmariæ* factum debita, numerata fuerit. Dunnersbork in festo nativitatis beatæ virginis sub anno Domini M.CC.LXXXVIII. Pag. 114.

1289. *Ewindi* Episcopi *Asloensis* Indulgentiæ datæ iis, qvi Ecclesiam Sti *Swithuni Stafangrensis* cathedralem devotionis causa annuatim visitaverint. Datum Asloiæ. Anno domini M.CC.LXXX. IX. XVI. Kalendas May. - - Pag. 117.

1289. *Haconis* Ducis Norvegiæ litteræ, qvibus *Vidaro*, suo hospiti, & *Ragnhildæ*, uxori *Thoralfi* aream *Osloæ* ad *Lidas* boream versus sitam, perpetuo possidendam confert. Actum Osloæ elapsis a Nativitate Dni M. hiemibus CC. hiemibus. IIX. decadib. hiem. & IX hiemibus. VII Noctibus ante festum Pentecostes. - - - - Pag. 116.

1289. *Haconis* Ducis Norvegiæ litteræ, qvibus *Arnæ Gasse* II. orarum bol prædii *Greinarud* in *Folla* siti, tamdiu locat, qvamdiu censum a Qvæstore petitum erogare valuerit; datqve veniam conductori terræ desertæ ad Ducem pertinentis partem, qvantam potuerit maximam culturæ subjiciendi, conditione adjecta, ut pars dimidia Duci, qvando voluerit elocanda assig-

 netur,

netur; alteram vero *Arnas*, suiqve hæredes retineant offerendam Duci, qvando eandem abalienare voluerint. Datum Osloæ die Lunæ proxima post Festum Michaelis. Anno Ducatus X. Pag. 117.

1290. *Magnildæ Halkelis* filiæ litteræ qvibus *Erico* Abbati de *Munkalife* XIV manada-matabol prædii *Sœimar* in *Vikia* ad *Sogniam* siti, pro XII oris argenti defæcati singula vendit tali conditione, ut dictum prædium Abbati per qvinqve hiemes tenere liceat, post id uero tempus *Magnildæ* illud ante noctem sanctam reluere integrum sit pecunia æqve bona, cuius tres marchæ Noruegicæ unam defæcatam valeant. Anno domini M. CC.XC. - - - - Pag. 118.

1290. *Haconis* Ducis Norwegiæ lex operaria, jubens

1) Viris plena mercede operas elocantibus in *Heidmarkia* & *Hadelandia* solvi dimidiam *Hæfsældam* butiri pro II oris; V. ulnas lintei aut XII ulnas panni cannabei pro I ora, unacum tribus oris argenti; in *Raumarikia* vero, III oras panno domestico, linteove secundum consuetudinem antiqvam, & III oras argenti, numerari; atqve in *Gudbrandsdalia* XII ulnas panni domestici, & III oras argenti, dari
2) Eos, qvi ædes hominibus operi subeundo aptis locant, I Marcæ argenti mulctam Regi pendere
3) Pacem agrariam ad qvatuordecim post festum Sti Halvardi dies extendi debere. Datum Osloæ VII noctibus post festum Candelarum Anno Ducatus XI. - - Pag. 119.

1290. *Jerundi* Holensis & *Arnæ* Skalholtensis Episcoporum Litteræ qvibus perhibent se variorum testimonia audiisse, dicentium, Archiepiscoporum procuratores (*) pacem Julensem die Sancti Thomæ in foro semper, nunqvam vero officiales Regios, Nidrosiæ proclamavisse. Actum Nidrosiæ in prima (sc. Qvadrage-

dragesimæ) septimana Jejunii post nativitatem Dni M. hiemibus CC.XC hiemibus. - - - - Pag. 121.

(*) De pace Natalitiorum festo Leges *Bergenses* sec. XIII Capitibus primis qvinqve agunt. In primis lex esto, ut conventus celebretur publice die S. Thomæ, & pax tribus septimanis duratura solenniter indicatur: qvæ si fracta fuerit operibus injuriisve mulctæ in duplum augeantur. Plateæ vacuæ sunto, nec naves, nec tigni trahuntor, qvæstori, si secus factum fuerit, cessuri. Nocte nullus exito, aliorumve ædes freqventato. Stans in porta foribusve examini subiicitor. Causæ Jure personarum rerumqve ex capite furti legitime aguntor. Pacta civibus utilia, dextris stabilita, vim & effectum sortiuntor. Ebrii sive viri sive fæminæ per urbem vagantes recta ducuntor domum, si loqvi valuerint; si non, in proxima domo, deponuntur donec lingva redierit, secus faciens marca argenti mulctator. Per festum Natalitiorum excubiis securitas civium sacra esto. Plura huc facientia desiderans adeat Jac. *Birchcrodii* Palæstram Antiqvariam Havn. 1688. p. 66. seqqv. & J. Loccenii Antiqvitates Svio-gothicas. Lib. 1. Cap. 5.

1290. Erici Regis, & *Haconis* Ducis Norvegiæ Edictum, qvo Jus Ecclesiasticum vetus, circa decimas & poenas episcopis cleroqve a laicis debitas solummodo observari jubetur, posthabita compositione Tunsbergensi (pag. 66.) cui in his articulis, pactum cum *Jorundo* Archiepiscopo ejusqve suffraganeis omnibus initum vim deesse sanxiit. Actum Bergis VII (*) noctibus post festum Pentecostis Anno Regni XI. - Pag. 122.

(*) Ut Norvegi annos secundum *hiemes* semper fere numerabant, sic non Dierum numerum, sed noctium computant, sic constituunt sic condicunt, ut nox diem ducere videatur. Utrumqve in Islandia hodie est in usu.

1290. *Haconis* Ducis Norvegiæ litteræ, qvibus *Andreæ*, hospiti suo aream Osloæ in *Lyckium* sitam donat. Actum Tunsbergæ post nativ. Dni M. hiemibus ducentis hiemibus & Nonaginta hiemibus. in Vigilia festi Trinitatis Anno Ducatus XI. Pag. 123.

1290. *Jerundi* Archiepiſcopi Nidroſienſis literæ, qvibus notum facit, ſe juſſiſſe dominum *Beronem* de *Gizka*, per Dominum *Lodinum* de *Vigr* & Dominum *Johannem Birkebeinum Nidroſiæ* ad feſtum Sti Petri in Cathedra, comparere; ut vero non venerit, feciſſe tamen ejus in eccleſiam crimina variorum teſtimoniis juramento confirmatis extra dubium poni. Qvod ſcilicet

1) Privilegium a MAGNO Rege Eccleſiæ ſuper jure monetam cudendi, Bergis datum revocaverit

2) In Comitiis *Brudarbergæ* ad (*) *Vagas* celebratis, prohibuerit Eccleſiæ decimas de lucro, de premio vaccarum elocatarum, de caſeis, & de phocis ſolvi, nec de rebus cæteris, ante, qvam expenſæ fuerint ſubtractæ.

3) Uſum libri *Vagenſis* civibus interdixerit, affirmans Regem velle unum Jus per totum Regnum obſervari.

4) Jus Eccleſiaſticum Vetus tempore HACONIS Regis & *Sigvardi* Archiepiſcopi uſu receptum juſſerit ſolum vim habere, præpoſitos, & decimas, qvas illud neſcit, abrogando.

5) Cauſas fori eccleſiaſtici judicio ſeculari ſubeſſe ſanxierit, & mulctas Archiepiſcopo debitas extorſerit. Dat. Nidroſiæ Poſt. Nativit. Dni M. hiem. CC. hiem. XC hiem. in ſeptimana poſt feſtum Omnium ſanctorum. - - Pag. 124.

(*) Emporium Sundmöriæ celeberrimum olim. Vid. Celeberr. J. Strömii Beſkrivelſe over Sundmör. p.

1290. ERICI MAGNI Regis & *Haconis* Ducis litteræ Protectoriæ datæ Monaſterio Sti *Michaelis* Bergis, ſub nomine *Munkalif* ab EYSTENO Rege primum inſtituto, qvibus mulctæ a familia monaſterii Regi ſolvendæ, illi remittuntur. Datum Bergis MCCXC. Anno Regni XI. - - Pag. 127.

1291. ERICI Regis Litteræ protectoriæ datæ monaſterio *Munkalif*, quibus capturam phocarum & piſcium, (*) ovorumqve collectionem in fundis monaſterii, præſertim in prædiis *Laghöy* &

E b *Feöy*,

Feöy, omnibus aliis interdicit. Anno Regni XI in ſeptimana Paſchatis. - - - Pag. 128.

(*) Ovorum Anatis moliſſimæ cuius in Norvegia ſeptentrionali & Iſlandia benefica munera plumarum ovorumqve a fundorum dominis multi æſtimantur.

1291. *Nicolai* IV Bulla indulgentias I. anni & XL dierum iis concedens, qvi Eccleſiam Monaſterii Sti *Johannis* Bergis Ordinis Sti *Auguſtini* viſitaverint, eiqve manus adjutrices porrexerint. Dat. apud Vrbemueterem. XV. Kal. Octobris pontificatus Anno tertio. - - - Pag. 128.

1292. *Haconis* Ducis Norvegiæ Litteræ protectoriæ datæ Canonicis Eccleſiæ *Stavangrenſis*, qvibus eosdem, a tributis, & expeditionibus, iis exceptis, qvas ſumma patriæ neceſſitas exegerit, immunes eſſe jubet Actum Stavangriæ Poſt nativit. Dni M. hiem. CC hiem. & IX decad. hiemum. & II hiem. die Lunæ ante feſtum Hallvardi. Anno Regni XIII. - Pag. 131.

1292. Erici Regis Norvegiæ litteræ protectoriæ datæ Civibus *Bremenſibus*, qvibus theloneum qvinqve denariorum Sterling: pro ſingulis allecium laſtis ſolvi jubet. Datum in Ciuitate Bergenſi. Anno Dni M.CC. Nonageſimo ſecundo, ydus Julii. Anno regni tertio decimo. - - Pag. 131.

1292. Erici Regis & *Haquini* Ducis Norvegiæ priuilegium *Lubecenſibus* datum, qvo mercatoribus per caſtrum *Hunals* & *Hialm* tranſeuntibus ſecuritatem promittunt, officialibusqve injungunt prouidere, ut pretia rerum a *Lubecenſibus* venditarum venditoribus prompte ſoluantur. Datum Tunsberg anno domini M.CC. Nonageſimo ſecundo in Craſtino Laurentii Martyris. Pag. 133.

1292. *Haquini* Ducis Norvegiæ privilegia Civibus de *Gripsvold* data, qveis

1) eximuntur a neceſſitate homines capite plectendos ad ſupplicium educendi,

2) libertate donantur, merces in terram exponendi venia a Ballivis non petita, ut &

3) hæreditatem in Norvegia relictam, per procuratorem auferendi

4) Crimen falſi ex capite farinæ aliarumve mercium juramento eluendi

5) Foederis Calmariæ arbitrio MAGNI Svecorum Regis initi, participes declarantur. Datum Tunsbergis, Anno Dni. M.CC. Nonageſimo ſecundo, in die Aſſumptionis Mariæ Virginis glorioſæ. - - - - Pag. 134.

1293. *Johannis Nicolai* dicti *Birkebein* teſtimonium 1) *Johannem* Archiepiſcopum Nidroſienſem Capitulo medietatem Eccleſiæ Sti OLAVI obtuliſſe. 2) Capitulum decimas ac proventus Eccleſiæ b. MARIÆ de *Merin* per aliquot annos libere recepiſſe. 3) Canonicos a tempore immemoriali paſtum in curia Archiepiſcopali in ſummis anni feſtivitatibus habuiſſe, & in coena domini eorundem qvemvis XX ſterlingos & de *majori altari* Nidroſiæ in Eccleſia cathedrali unam marcham argenti puri talentumqve ceræ accepiſſe. 4) Archiepiſcopum Jurisdictionem Eccleſiaſticam in ſua diœceſi nunqvam ſine conſilio capituli exercuiſſe, officiave alicui contuliſſe. 5) Canonicos auctoritate propria clericos in civitate delinqventes, ſæpius & vinculis puniri, & de iis poenas ſumi, curaviſſe. Actum Nidroſiæ. X. Kal. Martii. Anno domini. M.CC.XC. (*) tertio In dictione Septima. - - - Pag. 135.

1293.

(*) *tertio* ad autographum pag. cit. reſtituendum.

1290. *Erici* Abbatis de *Munkalife* totiusqve Conventus litteræ, qvibus ſuos in *Huitingseyis* fundos locant ſc. *Reidaro*, *Midlyngh* pro VII Pund. *Thoraldo*. & *Auduno*, *Norſtaböö* pro XI Pund; *Havardo*, *Haland*, pro dimid: leſta minus I Vætta & *Erico Tſtabo* pro I Vætta & Pund; *Bernoni Roſſeyam* pro III & dimidio pund, ea conditione 1) ut monachorum dominio ædes omnes reliqvantur inqvilinorum impenſis, in eodem qvo tunc erant ſtatu ſemper conſervandæ 2) fundi filio aut filiis nepotibusqve dictorum virorum, qvos Conventus aptos eſſe duxerit, futuris temporibus ſucceſſive elocentur. 3) Lumina ecclefiæ ſinguli pro rata fundorum offerant. 4) Inſula *Hæggeitill* prædiis *Midlung* & *Haland* paſcui vice fungens cedat. Datum a Nativit. Dni M. hiem. CC.XC hiem. & tribus hiemibus, Die Martis ante medium Jejunii. - Pag. 137.

1293. *Oddi Jorunnæ* filii & ejus conjugis *Ulfuildæ*, litteræ, qvibus ſe ſuaqve bona monaſterio *Munkaliſi* offerunt: ſcilicet I manada mata leigu prædii *Sæltum*: II & dimid. manadamata læigu prædii *Millioſtunni*: IX manadamata læigu prædii *Krangöyen*: IIIJ manada mata læigu prædii *Næſtöyen*. Actum a Nativitate Dni M.CC.XC. hiemibus & tribus hiemibus. Die Jovis ante medium Jejunium. - - Pag. 138.

1293. *Johannis* Notarii, *Ormi Kaſle* & *Svenonis Beronis* filii teſtimonia ſe vidiſſe *Sigurdi* legiferi Sententiam, qva prædium *Birkiar* fratribus *Oddo* de *Rogne*, *Hallrodo* de *Ringæimi* & *Enaro Pinning*, ſeu ejusdem allodii dominis adjudicaverat, confirmatam litteris *Erici Magni* Regis & *Haquini* Ducis Norvegiæ. Datum Bergis die Martis in tertia ſeptimana Jejunii longi. Pag. 139.

1293. *Erici* Abbatis de *Munkaliſe* litteræ, qvibus profitetur ſe ab *Guthormo Hallvardi Bollæ* filio, vigilia Sti Thomæ emiſſe II manada mata leigu prædii *Odrin* in *Liſta* ſiti, pro IX marchis argenti

argenti currentis, qveis victum festo Natalitiorum adhibendum redimeret; die vero *Valentis* subseqvente reliqvam ejusdem prædii partem sc. IX & dimid. manada mata bol, singula pro IV. & dimid. marchis: tali conditione, ut allodii dominis dictum prædium qvando placuerit, jus retrahendi esset. Datum Bergis Post nativit. Dni M.CC XCIII hiemibus die Tiburtii & Valeriani. - - - Pag. 141.

1293. *Haquini* Ducis Norvegiæ litteræ protectoriæ datæ Canonicis Vibergensibus in *Læsö* existentibus. Datum Wæthæl Anno Dni M.CC. nonagesimo tercio, in die beati Bartholomei Apostoli. - - - - Pag. 142.

1293. Erici Regis Norvegiæ Treugæ cum civitatibus Vandalicis. Datum in civitate Bergen, sub anno Dni M.CC. nonagesimo tertio proxima sexta feria ante festum beator. Viti & Modesti Martirum die & anno supradictis. Anno vero Regni quartodecimo. - - - - Pag. 142.

1293. *Einari* Abbatis de *Munkalife*, litteræ, qvibus profitetur, se suumqve conventum a *Johanne Kar*, prædium *Ryosæter*, ea conditione argento Norvegico emisse, ut venditor per sex hiemes illud inhabitaret, mercedem monasterio solveret, ædesqve suis sumtibus sartas tectas conservaret: isto vero tempore elapso, intra tres proximas hiemes propria pecunia dictum prædium relueret, omni secus in posterum illud redimendi spe resecta. Ut vero hæc eo certiora essent, *Johannes*, monasterii oeconomus, Abbati. V. orarum Bol prædii *Moom* vadimonio dedit. Dat. est hoc Cyrographum Anno Graciæ M. CCXC. tertio. die Katherine Virginis. - - Pag. 144.

1294. Erici Regis Jura *Bergensibus* data, qvibus

1) Clerici auliciqve pro suis in urbe ædibus expeditiones faciant, aliaqve onera postulati subeant, a qvæstore, modo secus fecerint, cogendi, pignus ædi, citatione qvinqve noctium, imponendo.

ponendo. Contumaces tribus marcis, & ejectione ex domo per concives facienda puniantur.

2) Tam extranei qvam indigenæ sub poena exilii, honorumqve conventus aut factiones non ineant, legesve aut statuta condant, scientes in Rege solo esse jus ferendi leges.

3) (*) Compotationes, & Gildæ Nuntiis, Aurifabris, *Angliam* freqventantibus, famulis, testibus, qvæstoris emissariis, omnesqve id generis prohibentur.

4) Tabernæ publicæ, ubi collatitia pecunia bibitur, jure fruantur veteri.

5) Arma præter qvæstorem, eius mandatorios, horumqve famulos, qvibus cura urbis publicæqve securitatis incumbit, nemo portet, sub poena III marchar. & amissione armorum.

6) In littore, foris, aliisve locis publicis præter veniam a Rege impetrandam ædes nemo educat.

7) Unde examini Jus eorum, qvi domos ad littus posuerint, diplomate regio carentes, subjiciatur: qvorum, pro re nata, alii ædibus litteris Regiis munitis fruantur, alii ædes amittere jubeantur.

8) Qvi loca publica aliaqve jura Regis hæreditaria aliis contulerit, reus læsæ maiestatis habeatur.

9) Consules juri dicundo maiorem, idqve magis seriam, qvam antea operam navent, cuius fidem juramento electi præstent, velint nempe Jus civibus sine ullo discrimine dicere, qvæstoriqve & legifero petentibus ope & consilio semper adesse,

10) Magistratus ab expeditionibus exemtus sit, ut officio eo maiori cura vacent.

11) Civium consilio magistratum alternari, desides amoveri & novos eligi Qvæstor & Legifer faciant, Rege non præsente. Actum Bergis die mediæ septimanæ proxima ante medium jejunium Anno Regni XIV. - - - Pag. 145.

(*) *Gildas* in Norvegiam primus introduxit OLAFUS qvietus, hunc in finem *Nidrosiæ* coenaculum conviviis celebrandis strui fecit,

fecit, necnon in emporiis alia plura, qvibus in locis compotationes circum circa per domos vagatæ fuerant, nec ulli licitum fuit compotationes celebrare nisi in his coenaculis, qvæ in Regis tutela erant. Vid. Snorr. T. III. p. 180.

1294. Erici Regis & *Haqvini* Ducis Norvegiæ Privilegia data Civitatibus Hanseaticis (*). Datum anno & loco suprascriptis in octava beatorum Petri & Pauli Apostolorum anno vero regni qvinto decimo. - - - Pag. 147.

(*) Vid. J. C. H. Dreyeri Specimen Juris Publici Lubicensis circa inhumanum Jus Naufragii p. 94.

1294. Erici Regis Edicta Islandis data. Actum Tunsbergæ a nativitate Dni M.CC. Novem decad. hiemum & (*) III hiemibus in Vigilia Svithuni Anno Regni XV. - - - Pag. 153.

(*) Hic sine omni dubio IV legendum est, ut cum æra regni numerus annorum conveniat.

1294. Erici Privilegia Bremensibus data, qvibus 1) eos in familiarissimos & speciales amicos recipit, & pro cunctis mercatoribus Angliæ & Teutoniæ familiaritatis suæ consortio aggregat. 2) telonium trium solummodo denariorum pro singulis allecium lastis eos soluere jubet. Datum Tunsbergis XII Kalend. Augusti Anno Dni M.CC. nonagesimo quarto, Anno regni XV. Pag. 155.

1295. *Arnonis* Episcopi Stavangrensis Apostoli dati suis Canonicis super appellatione ab sua sententia super decimis in *Finöy* per *Thorgillum* Episcopum, a Cathedra abalienatis. Datum Stavangriæ Anno domini, M.CC.XC. qvinto. tercio Idus Januarij. Pag. 157.

1295. *Erici* Abbatis de Munkalife Sententia, qva, auctoritate *Haconis* Ducis Norvegiæ fungens, Ecclesiæ de *Sande* piscationem in amne inter *Sande & Faxstados*, Litteris Domini *Halthoris* legiferi *Suldali* colonis minus juste adjudicatam restituit, Actum Sta-

Stavangriæ IX noctibus post diem *Hulwardi.* A nativitate Dni M. hiem. CC. hiem. XC. hiem. & V hiem. Anno Ducatus XVI. - - - - Pag. 158.

1295. *Nicolai* de *Husabö*, *Vilhelmi* de *Torgis*, & *Elisi* Legiferi testimonia, se a Canonicis Nidrosiensibus rogatos Archiepiscopo obtulisse compositionem actarum inter eos litium, sed nihil profecisse, Archiepiscopo a Canonicis mille marchas & perfectam obedientiam postulante. Actum Nidrosiæ A nativitate Dni M.CC.XC hiem. & V. hiem. VII noctibus ante festum *Barnabæ.* - - - - Pag. 160.

1295. *Arnfinni* Abbatis de *Utsten*, Johannis Abbatis de *Halmo*, *Sigurdi* Archidiaconi de *Hetlandia*, testimonium se affuisse, dum *Ericus* Abbas monasterii de *Munkalife* ab *Ingeleifa Arnberni* filia consensu *Thyostolfi* mariti sui emebat VI manada matbol prædii *Straumahuerue*. III manadamatleigu prædii *Vætrase*, & III manadamataleigu prædii *Sigridhusætre*, pro XXX marchis argenti currentis, qvæ tunc VI marchis defæcatis valebant. Elapsis a nativitate Dni M. hiem. CC.XC. & qvinqve hiemibus, in crastino Sti Jacobi. - - Pag. 162.

1295. Philippi (*Pulchri*) Francorum Regis Foedus initum cum Erico Rege Norvegiæ, cui subnexæ sunt Erici Regis Litteræ procuratoriæ datæ *Auduno Huglaci* filio, in Galliam ablegato. (*) Actum Parisius sabbato post festum beati Lucæ euangelistæ. Anno domini Millesimo ducentesimo nonagesimo quinto. Pag. 162.

(*) Hoc Norvegos inter atqve Gallos foedus nemo Historiæ patriæ scriptor qvantum sciam, huc usqve tetigit, est vero ante hoc editum in *Histoire de la Ville de Nismes.*

1295. *Hallonis* Abbatis de *Howodöy* confirmatio terminorum inter villam *Markam*, & monasterii prædium *Aspa*, qvi communi utriusqve possessoris consensu describebantur a lapide ad marginem viæ occidentalem apud *Röysi* sito, austrum versus usqve ad colliculum, qvi semitæ per *Raudakleifam* ducenti ab oriente astat, inde vero deorsum in rimas apud *Myragard.* Actum Anno Dni M.CC.XC.V. in vigilia Laurentii. - Pag. 168.

(*) Mirum est, qvantis scateat diploma hoc mendis præsertim in vocibus exoticis, & ignorantiæ imputandum, qvod pro *Dno Dan* ubiqve occurrat. ad cætera inde concludendum duce statuto Jerundi Archiepiscopi dato Asloiæ II. Nonis Julii Anno Dni M.CCC sexto. ubi inter cætera. *Item perpendentes qvantum dampni & detrimenti Monasteria in spiritualibus & temporalibus per Nidrosiensem provinciam constituta, patiantur, propter insciriam ac literarum ignorantiam fratrum degentium in eisdem, statuimus, ut de singulis monasteriis personæ a loci Dyocesano eligantur aptiores, qvæ in bonis monasterii ac sumptibus moderatis ad studia ipsis competentia mittantur extra Regnum.* Posthæc non solum Cantabrigiæ studebant verum etiam Parisiis impensis Capitulorum, exemplo sint *Gisbertus Erlendi* & Thrando Thrandonis Haqvini Bergensis Episcopi Clerici speciales Parisias studiorum gratia Anno 1341 adeuntes, & Clericus Bergensis A. Cantabrigæ musis operam impendens 1329.

1296. Bonifacii VIII Bulla ad Episcopos *Asloensem* & *Hamarensem*, Abbatemqve Monasterii *Howedey*, qva Judices delegati constituuntur in causis pecuniariis. inter Episcopum *Stavangrensem*, ejusdemqve ecclesiæ canonicos, obortis. Datum Romæ apud sanctum *Petrum* XIIIJ. Kalend. Februarii Pontificatus Anno secundo. - - Pag. 169.

1296. *Olavi* de Sto *Olawo* aliorumqve Rectorum ecclesiarum Civitatis Nidrosiensis litteræ ad dominum *Johannem Elg*, Canonicum Nidrosiensem a dno Papa Iudicem delegatum in causis inter Archiepiscopum & Capitulum Nidrosiense, qvibus eum certiorum faciunt, se nescire, qvid facere debeant in negotio, ex-

excommunicationis in dnum *Paulum Biert* plebanum Ecclesiæ Sti *Petri* de *Olvishog* denuntiandæ, sibi ab illo dato Nidrosiæ 1296 die 21 Febr. cum Archiepiscopus id severe interdixerit die 24 Februarii. Datum kalend. Martij. Anno M.CCXCVI. Pag. 170.

1296. *Petri Gudlæiki* filii, *Erici* legiferi, *Rydgæiri* de *Sveinsgarde*, *Hæinzii Græivii* & *Hæinzii* Sartoris Litteræ, qvibus pro Teutonicis, ob denegatas Canonicis Nidrosiensibus decimas, excommunicatis spondent, & in se suscipiunt solutionem decimarum, si ad festum Omnium Sanctorum dictis Canonicis non satisfactum fuerit. Actum Bergis die Thori proxima ante Pentecosten elapsis a Nativit. Dni M. hiem. CC. hiem. XC. hiem. & VI hiem. - - - Pag. 173.

1296. Erici Regis *Haqvini* Ducis Noruegiæ Litteræ Confirmatoriæ datæ Sororibus Stæ *Claræ, Roskildis*, super bonis in *Buchtorp*, qvæ Domina *Agnes*, eorum matertera dictis sororibus obtulerat. Datum Bergis in Vigilia beati *Jacobi* apostoli Anno Dni MCC. Nonagesimo sexto. - - Pag. 174.

1296. Attestatio Dominorum Erici Regis & *Haqwini* Ducis Norvegiæ, qvod Dominus *Ericus* Dux *Langlandiæ* & domina *Sophia* eiusdem consors approbauerint collationem bonorum in *Bukkathorp* factam sororibus sanctæ *Claræ Roskildis* a Domicella *Agnete*, & quod eadem bona nunquam impetant. Bergis in Claustro Fratrum Minorum in vigilia beati Jacobi Apostoli Anno Domini M.CC. nonagesimo sexto. - Pag. 174.

1296. Priuilegium *Erici* Norwegiæ Regis, datum (*) Hamburgensibus. Datum Berge Anno Domini Millesimo ducentesimo nonagesimo sexto pridie Kalendas Augusti Anno regni Decimo septimo - - - Pag 175.

(*) Conf. illustr. Jac. Schubachii Comment. de Jure Littoris. p. 274.

1296. *Arnbiörni Gyrdi* filii & *Ingridæ Thorsleini* filiæ literæ, qvibus *Erico* Abbati de *Munkalife*, VIII manada matabol, prædii *Ospusæter* pro XI Marchis argenti currentis vendunt, tali conditione, ut sibi integrum sit qvandocunqve voluerint, dictum fundum propria pecunia, minime vero mutuo accepta, reluere. Actum in vigilia Laurentii M.CC.XCVI. Pag. 177.

1296. Bonifacii VIII. Bulla, qva Episcopi *Asloensis* & *Hamarensis*, Abbasqve Monasterii *Howedey* Judices in causis inter *Arnonem* Episcopum *Stauangrensem* & *Ingemundum* de *Skaganom*, delegantur. Datum Rome apud sanctum Petrum. IIJ jdus Nouembris, Pontificatus anno secundo. - - Pag. 178.

1296. Bonifacii VIII Bulla, qva Episcopi Asloensis & Hamarensis cum Abbate monasterii de *Hovedey* Judices in causis inter *Arnonem* Episcopum Stavangrensem & Canonicos ejusdem, ecclesiæ obortis, delegantur. Datum Romæ apud Sanctum Petrum. IIJ ydus Nouembris Pontificatus anno secundo. Pag. 179.

1296. *Mariæ* Comitissæ de *Ingniaci* Literæ procuratoriæ datæ Magistro *Johanni* de *Forestis* Clerico, & sociis, Ablegatis Regis Franciæ ad Regem Norvegiæ, ad tractandum super Matrimonio *Ysabellæ* filiæ suæ ineundo cum *Haqvino* Duce Norvegiæ, dotalitiisqve ab eodem illi conferendis. Actum Parsius in octavo festi Sancti Martini hiemalis Anno Domini M.CC.XCVI. Pag. 180.

1296. *Haconis* Ducis Norvegiæ Confirmatio latæ ab *Acone* Cancellario sententiæ super controversis inter *Arnonem* Episcopum Stavangrensem & Capitulum Decimis in *Finöy*, qvas Canonicis solummodo solvi jubet sub poena dupli & XIII marcharum pro violatione edicti; Dno *Basso* & Dno *Amundo Sigurdi* filio, aulicisqve omnibus injungit, Canonicos promoveant, & ab iniuriis

iuriis Epiſcopi tueantur; & exilii reum eſſe declarat, qvi damna Clero intulerit, pace & patria exuendum, donec mulcta qva lex rapinam ſancit & Duci & læſis numerata fuerit. Actum, Stawangriæ in Vigilia Katherinæ Anno Ducatus XVII. Pag. 181.

1296. *Akonis* Cancellarii Ducis Norvegiæ Literæ monitoriæ ad Epiſcopum Stavangrenſem, ut abſtineat a petendis ſeu extorqvendis a Capitulo Decimis in Finöy, qvas auctoritate Apoſtolica illi adjudicaverat. Actum Stawangriæ in Eccleſia beati *Martini* in die beatæ *Katerinæ* virginis ſummo mane. Anno dni. M. CC XC. ſexto. - - - Pag. 182.

1296. Bonifacii VIII. Bulla mandatoria ad Abbatem monaſterii de Nidarholm, ut litem inter Canonicos Nidroſienſes & Nicolaum Goliam Presbiterum ejusdem Dioeceſis ſuper Eccleſia Stæ *Margaretæ* de Merene ad Canonicos pertinente, ortam examinet & decidat. Datum Romæ apud Sanctum Petrum. XVIJ. Kalend. Januarii Pontificatus Anno ſecundo. - Pag. 183.

1296. Bonifacii VIII Bulla mandatoria ad Epiſcopos Aſloenſem & Hamarenſem, Abbatemqve de *Howudey*, ut actionem Spolii a Canonicis Stavangrenſis eccleſiæ in ſuum Epiſcopum motam auctoritate apoſtolica audiant, & appellatione remota debito fine decidant. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum. XV. Kal. Decembris, Pontificatos anno ſecundo. - Pag. 184.

1296. *Ægidii* Archiepiſcopi Buturicenſis aliorumque Prælatorum Indulgentiæ, datæ iis, qvi in præſentia *Haquini* Ducis Norvegiæ, conjugisve miſſam audierint, & pro iisdem vivis atque mortuis, prolisqve ſalute orationem dominicam cum *ſalutatione Angelica* mente pia dixerint. Datum *Romæ* apud Sanctum Petrum Anno domini. M.CC. nonageſimo ſexto. Pontificatus Domini Bonifatii Papæ VIII anno ſecundo. Pag. 185.

1296.

1296. *Ogmundi* de *Hæsbö* Signiferi, *Omundi* de *Byre*, & *Sigurdi* de *Rödom* Teſtimonia, ſe Canonicis *Stavangrenſibus* ex mandato Dni *Arnonis* Epiſcopi, optuliſſe prædia *Klæp* in *Jadre* & *Skrattaland* in *Agdis*, ad ſatisfaciendum Sententiæ ab Epiſcopis Aſloenſi & Hamarenſi Auctoritate Apoſtolica inter eos latæ; eos vero petiiſſe latas in ſe ab epiſcopo ſententias ante omnia reſcindi & datas ſibi Teſtamento Magni Regis XII Marchas pendi. Circa Annum Dni MCCXCVI. - Pag. 186.

1297. Bonifatii VIII. Bulla mandatoria *Bardoni Serci* Canonico Bergenſi miſſa ut cauſam a Canonicis Nidroſienſibus in *Jerundum* Archiepiſcopum motam examinet, & fine debito decidat. Datum *Rome* apud Sanctum Petrum Kalend. Februarii Pontificatus anno Tertio. - - Pag. 187.

1297. *Johannis Kolli* & *Petri Bothildis* filii teſtimonia Epiſcopi Stawangrenſis domeſticos, auditis literis protectoriis Capitulo ab *Haquino* Duce datis, ligna, qvæ a *Sigmundo* de *Helli* legitime emerant Canonici, domum transtuliſſe; & Magiſtrum *Stenonem*, recitata a *Johanne Kollo*, mandatario domini *Baſſi*, citatione ex capite protectorii violati cavillando reſpondiſſe, opus ligna transferendi omnibus præponendum eſſe & literis protectoriis, & citationi. Actum elapſis a Nativitate Dni M. II centenariis XC. hiem: & VII. hiem. Die Lunæ proxima poſt Agathæ. - - - Pag 188.

1297. *Haquini* Ducis Norvegiæ literæ, qvibus Dominum *Baſſum* jubet, curet menſurari aream *Stavangriæ*, ſitam ex uno latere inter coemiterium & rivum, ex altero inter ſepimentum agri hoſpitalis & plateam ad Coemiterium Eccleſiæ Sti *Suithuni*, ut eandem litteris apertis capitulo Stavangrenſi offerre poſſit. Actum Oſloæ Die Cinerum Odini Anno Ducatus XIIX.
Pag. 188.

1297.

1297. *Johannis Rognvaldi*, *Auduni* & *Bardi, Viglæiki* filiorum atqve *Elifi* Legiferi teftimonia Canonicos Nidrofienfes talem cum *Elifo Skuadra*, dextris datis, fuper teftamento Dni *Marci* iniiffe pactum, ut nonmodo IV Spanna leiga Prædii *Velli* in *Rennabui* Canonici acqvirerent, verum etiam alia duo ibidem. præmia vero locationis ad præfens usqve tempus *Elifo* cederent. III Noctibus poft feftum *) Gregorii. Actum die Lavationis M. hiem. CC.XC.VII. hiem. Nidrofiæ. Pag. 190.

*) Qvis *Gregorius* ille fit, Papa, an Nazianzenus, non facile qvis dixerit, nifi dies Lavationis ɔ: Saturni tribus fequens noctibus expreffe nominaretur. Illi fefta incidit dies in XII Martii qvi Anno MCCXCVII erat dies Martis, qvem a faturno noctes qvinqve fejungebant; Huic autem VII Id. Maii facra erat, qvam diem utpote jovis anno fuperius adducto Dies faturni tribus noctibus feqvebatur.

1297. *Ewindi* Epifcopi Afloenfis, *Hallonis* de *Hawdöyia* Abbatis & *Gerlaci* Canonici Afloenfis, Judicum delegatorum & fubdelegatorum Litteræ mandatoriæ ad Abbatem Monafterii Sti *Laurentii* de *Utftein* & Rectores ecclefiarum de *Thiorum* & *Hylu* ut *Arnonem* Epifcopum Stavangrenfem in jus citent ad refpondendum coram fe *Afloæ* fuper decimis de *Finnöy*, qvas ademptas fibi qverebantur Ecclefiæ Stavangrenfis canonici. Actum in curia epifcopali *Afloie*, anno domini. M.CC. nonagefimo, feptimo, proxima fecunda feria, poft feftum Affenfionis domini. - - - Pag. 191.

1297. Compofitio inita auctoritate Erici Magni Regis inter *Jerundum* Archiepifcopum Nidrofienfem & Capitulum ibidem. Actum *Tautræ* A nativitate Dni M. hiem: CC hiem.XC & VII hiem. in pervigilio Johannis Baptiftæ. - Pag. 123-94.

1297. Erici Magni Regis mandatum ad *Elivum* Legiferum Nidrofiæ, & *Eilivum Skodram*, ut, qvid fciant de teftamento Domini *Marci*, ab Archiepifcopo & Canonicis poftulati teftentur,

& data ecclesiæ sine mora solvant. Actum *Bergis* in decollatione Johannis Baptistæ anno Regni XVIII. - Pag. 197.

1297. *Jerundi* Archiepiscopi Nidrosiensis Indulgentiæ XL dierum, datæ iis qvi Altare Sti Spiritus, in Ecclesia Stawangrensi cathedrali, visitaverint. Datum *Bergis*. Anno domini. M.C.C. XC.VII. Nonis septembris. - - Pag. 168.

1297. *Bernonis*, Prioris de *Sancta Sede*, *Audeni* & *Bardonis Viglæiki* filiorum testimonia se præsentes fuisse ubi mandatum Erici Regis coram *Eliso* Legifero & *Eliso Skuadra* de perhibendo testimonio, super testamento Dni *Marci*, recitatum fuerat; *Elisumqve* Legiferum testatum esse dictum *Marcum* ecclesiæ Cathedrali Nidrosiensi testamento reliqvisse. V. Spannaleigu prædii *Velli* in *Rænnabue* siti, ita ut. II. Spannalæiga Ecclesiæ, I. Sepulcro Johannis Archiepiscopi, & reliqvæ II Communi mensæ canonicorum cederent: sextam vero Ecclesia Stæ *Mariæ* Nidrosiensis caperet. Qvam donationem fratris *Elisus Skuadra* ratam esse jussit. Actum Nidrosiæ VII Noctibus ante festum omnium sanctorum elapsis a Nativitate Dni M. hiem. CC. XC. & VII hiemibus. - - Pag. 199.

1297. *Haconis* Ducis Norvegiæ Rescriptum ad Incolas fundorum Capituli Stavangrensis, qvo prohibet, ne ulli alii, qvam dicti Capituli mandatariis canones annuos, aliave debita solvant. Actum *Asloæ* Die *Frejæ* proxima ante festum *Martini*, anno Ducatus XIIX. - - - Pag. 201.

1297. Erici Magni Regis Literæ protectoriæ, datæ iis, qvi Stum Olavum Nidrosiæ visitaverint. Actum Bergis elapsis a Nativitate Dni M.CC.IX decadibus & VII hiemibus in die Katherinæ Anno Regni XVIII. - - - Pag. 201.

1297.

1297. *Baffi Guthorm'* filii citatio *Salomoni*, *Stenio*, *Arnoni* Sacerdoti, *Gunnaro* Sacerdoti, *Andreæ* Diacono, *Petro Kufa*, *Thorftano Urkar* aliisqve correis facta, ad comparendum *Ofloæ* coram *Haquino* Duce Norvegiæ & Canonicis Stavangrenfibus menfe proximo ante Pafcha, & refpondendum iis, de auxiliis & armis, eorum inimicis datis. Actum elapfis a nativitate Dni M. hiemibus CC hiemibus XC & VII hiemibus. quatuor diebus poft diem Andreæ. - - Pag. 203.

1298. *Arnonis* de *Grasgarde*, *Erici* Legiferi, Confulumqve Bergenfium teftimonia *Erlendum* de *Belfzafe* vendidiffe Dno *Audeno Huglæiki* filio, III Spanna læigu prædii *Æggium* in *Skaun* fito pro XXIV Marcis. Actum tribus noctibus poft diem Agathæ anno Regni Erici Regis XIX. - Pag. 204.

1298. *Petri* Sacerdotis & Canonici Afloenfis. *Amundi Ragnildæ* filii Legiferi & *Petri Digri* Præfecti Afloenfis teftimonia *Styrem* Hofpitem, confeffum fuiffe fe a Monachis & Abbate Monafterii de *Hovedey* pretium accepiffe venditorum iisdem VII orarum bol in prædio *Solbergis*, in Válle *Syllingadal* fito. Datum Anno dni M.CC.XC, Octauo, pridie. Kal. Marcii.Pag.204.

1298. *Haconis* Ducis Norvegiæ literæ donationis factæ *Amundo Slup* fuper fundo in Civitate *Afloenfi*, boream verfus apud *Lidam* fito; conditione addita, ut fundus, anteqvam Duci, fuisve fucceffloribus oblatus fuerit jufto pretio redimendus, in neminem transferri valeret. Actum *Ofloæ* die *Thori* in hebdomiate Pafchatis, elapfis a nativitate Dni M. hiemibus CCIX decad. hiem. & IIX hiemibus, anno Ducatus XIX. - Pag. 205.

1298. *Ewindi* Epifcopi Afloenfis, *Hallonis* Abbatis Monafterii de *Howedey* Abbatis & *Gerlaci* Canonici Afloenfis mandatum ad *Arnbernum* de *Thiorum*, *Wilhelmum* de *Hyliu* & *Ericum* de *Goud* Ecclefiarum Rectores, ut *Arnonem* Epifcopum Sta-

 van-

vangrenſem, & Capitulum ejusdem eccleſiæ moneant, ut proxima die iuridica poſt dominicam Stæ Trinitatis in Conſiſtorio epiſcopali Aſloiæ compareat, ad reſpondendum de cauſis, qvæ inter eos vertebantur. Actum apud ciuitatem Aſloenſem. In epiſcopali conſiſtorio ibidem Anno domini milleſimo, ducenteſimo Nonageſimo Octauo Kalendis Maij undecimo. proxima ſecunda feria ante feſtum beati Georgij martiris. Pag. 206.

1298. *Arnberni* de *Thiorom*, *Wilhelmi* de *Hylu* & *Erici* de *Gond* Eccleſiarum Rectorum monitio ad *Arnonem*, Epiſcopum & Capitulum eccleſiæ Stavangrenſis, ut die proxima iuridica poſt Dominicam Trinitatis in Conſiſtorio Epiſcopali *Aſloæ* compareant ad reſpondendum de cauſis inter eos ſubortis. Actum Stawangrie in epiſcopali conſiſtorio ibidem nonas Mayij. anno Domini Milleſimo. ducenteſimo. nonageſimo octavo. P. 208.

1298. *Audeni* & *Bardonis Viglæiki* filiorum, & *Alfonis* de *Kroke* ad *Bernonem* de *Biarkey* & Incolas *Summæriæ* litteræ, qvibus teſtantur ſe vidiſſe Librum Communitati fratrum Nidroſienſis Capituli pertinentem, compoſitum auctoritate *Sigurdi* Archiepiſcopi 1244. Cui omnes fundi, omniaqve bona non modo communis eorundem menſæ ſed & unius cujusqve Canonici proventus adſcripti erant; & cuius Exemplar autographum nunqvam ciſtæ Canonicorum communi auferretur, niſi nova inſcribenda eſſent bona; apographum vero qvotidiano inſerviret uſui. Secundum vero utrumqve ad Capellam Sti *Hallvardi* ab *Johanne Ælgo* Canonico poſſeſſam pertinuiſſe prædia *Æinſtapaſætre Alreksſkoge* & *Valsfiord*. Actum Nidroſiæ duabus noctibus ante diem *Gregorii* elapſis a nativitate Dni M. hiem. CCXC. hiem. & VIII hiemibus. Pag. 210.

1298. *Anberni* de *Thiorum*, *Willelmi* de *Hylu* & *Erici* de *Gond* Eccleſiarum Rectorum litteræ ad *Ewindum* Epiſcopum Aſloenſem ſociosqve judices, qvibus eos certiores faciunt, ſe ex mandato proceſſiſſe

cesisse contra hos, qvi vim intulerant Capitulo Stavangrensi, & inqvisitione facta invenisse, Dominum *Ericum Gæster* Presbiterum jussu *Arnonis* Episcopi Stavangrensis decimam fabricæ ecclesiasticæ ad Capitulum pertinentem octo marcarum percepisse; sancivisse uero excommunicatione, ne id ulterius fieret. Qværunt deniqve modum agendi contra *Suenonem* sacerdotem, quem Ecclesiæ de *Haland* ad Capitulum pertinenti, præter ejusdem scitum, Episcopus præfecerat. Actum Stawangriæ jn festo sanctorum *Nerei* & *Achillei*, Anno Domini M.CC.XC. octavo. - - - Pag. 211.

1298. *Ewindi* Asloensis, *Thorstani* Hamarensis, Episcoporum, & Fratris Hallonis monasterii de *Howdöy* Abbatis Sententia interlocutoria, qva Arnonem Episcopum Stavangrensem contumaciæ reum XV Marcas denariorum usualis monetæ Capitulo pro expensis occasione istius contumaciæ soluere jubent; Capitulum vero mittendum esse in possessionem causa rei servandæ qvorundum agrorum juxta ecclesiam Sti Olavi Civitatis Stavangrensis, ut & trunci apud Majus altare positi in ecclesia cathedrali; nec non in possessionem prædiorum *Horn*, *Rossavik*, *Miolhus* & *Ormstader*. Actum & datum in Consistorio Episcopali *Asloyæ*. Anno Domini M.CC. Nonagesimo octavo, proxima Sexta feria ante festum beati *Bothulphi* Abbatis. Pag. 214.

1298. *Ewindi* Asloensis sociorumqve Judicum Sententia, qva Appellationem *Arnonis* Episcopi Stavangrensis, ad Curiam Romanam, per procuratores *Salomonem* & *Thorbergum* interpositam, frivolam esse decernunt. Datum in consistorio Episcopali *Aslöyæ*, Anno Domini M.CC. nonagesimo octavo proxima sexta feria ante festum beati *Botulphi* Abbatis. Pag. 215.

1298. *Ewindi* Asloensis Episcopi & cæterorum Judicum Litteræ mandatoriæ ad *Thorkillum* dictum *Kota* de *Kinsarvik*, *Bardo-*

nem de Awatznese ac *Ericum* de *Gond* Ecclesiarum Rectores, ut coram Episcopo Stavangrensi, Stavangriæ, clericis & laicis convocatis, latas inter eum & Canonicos sententias legant, eumqve & universos moneant ecclesiasticis fore censuris ligatos, qvi occasione dictarum causarum vim posthæc Capitulo intulerint, distulerintve præstare rem judicatam. Actum in Episcopali Consistorio Asloyæ, Anno Domini M.CC. Nonagesimo octavo, Proxima sexta feria ante festum beati *Botulphi* Abbatis. - - - Pag. 221.

1298. *Ewindi* Asloensis & cæterorum judicum literæ mandatoriæ ad dominos *Thorkillum* de *Kinzarvik*, *Bardonem* de *Awatznæss* & *Ericum* de *Gond* Ecclesiarum Rectores, ut Raptores lignorum Capituli Stawangrensis, & Episcopum *Arnonem* ob res, Ecclesiæ b. Virginis Stawangrensis ablatas publice denuncient excommunicatos, ni læsos in integrum extemplo restituerint. Datum in Consistorio Episcopali Aslöyæ, Anno Dni M.CC.XC. octavo, proxima sexta feria ante festum beati *Botulphi* Abbatis. - - - Pag. 123.

1298. *Ewindi* Episcopi Asloensis & cæterorum Judicum Literæ ad *Arnonem* Episcopum Stawangrensem, qveis eum in Episcopali Consistorio Asloiæ proxima die juridica post festum Nativitatis b. Virginis proxime futurum comparere jubent, ad docendum de grauamine, qvod sibi, suisqve procuratoribus *Salomoni* & *Thorbergo* ab iis factum esse dixerat. Datum in Episcopali consistorio Asloyæ. Anno Dni M.CC. Nonagesimo, octavo die Sabati proxima post festum beati *Botulphi* Abbatis. Pag. 225.

1298. *Thorkilli* de *Kinzarvik*, *Bardonis* de *Awallznæss* & *Erici* de *Gond* Ecclesiarum Rectorum literæ ad *Ewindum* Episcopum Asloensem & conjudices, queis eos certiores faciunt, se eorum man-

mandatis satisfecisse publice denuntiando *Bilewum* sacerdotem Vicarium in Ecclesia b. *Martini* & correos, post qvindenam, frumentum & saccos Capitulo Stawangrensi violenter ablatos restituere detrectantes, excommunicatos. Anno Dni M.CC. XC.VIII. quarto Idus Septembris. - - Pag. 226.

1298. *Salomonis* de *Slidr*, *Anberni* dn *Thiorum*, *Willialmi* de *Hylu*, *Arnulfi* Scholastici Stawangriæ, testimonia, Dominos *Thordonem* de *Mollum*. Ecclesiæ Rectorem, *Suenonem* Presbiterum de *Hald*, *Juarum*, *Thoriam*, *Gunnarum*, *Bilwarum* & *Berthorum* Vicarios Ecclesiæ b. MARIÆ Stavangrensis ad Sedem Apostolicam appellasse, ubi in Ecclesia Cathedrali in festo Storum Proti & Jacinthi a Dominis *Thorkillo* de *Kinzarvik* & sociis excommunicati publice denunciabantur. Stawangriæ. Anno domini M.CC.XC.VIII. sabbato post nativitatem beate virginis Marie. - - - Pag. 229.

1298. ERICI MAGNI Regis Rescriptum ad *Thrundhemenses*, qvo Canonicis *Nidrosiensibus* intimis suis Capellanis jus dicendi excepto homicidio, mutilatione membrorum aliisqve id generis nefandis sceleribus, concedit in VI viros, qvorum famulitio opus qvotidie habuerit communis eorundem mensa, & potestatem largitur causas ad Regem pertinentes, qvæ in Ædibus mensæ Communis, Alimentariorum Hospitalis, & in cœmiterio ad Ecclesiam cathedralem boream versus sita acciderint, agendi & decidendi, sibiqve mulctas pecuniaras & mobilia sumendi, relictis Regi ædibus & fundis. Qvibus privilegiis, qvousqve datori placuerit, qviete fruantur. Actum Bergis binis noctibus post festum Martini. Anno Regni XIX. - Pag. 230.

1298. BONIFACII VIII Bulla mandatoria ad Abbatem monasterii Sti *Michaelis* Bergensis, ut injurias verbales *Ketillo* de *Agadum* Canonico Stavangr. illatas ab *Arnone* dicto *Cuculla*, examinet &

& fine debito decidat. Datum *Reatæ* X Kalend. Decembris. Pontificatus anno qvarto. - - Pag. 232.

1296. *Nicolai Gifonis* de *Apinian* in curia Romana procuratoris Literæ, qvibus fatetur fe a *Thorfino* dicto *Brige* XIIIJ. folidos fterlingorum recepiffe nomine falarii fibi debiti, ratione procurationis geftæ pro Canonicis ecclefiæ Stavangrenfis. Pag. 232.

1299. *Thorftani* Epifcopi Hamarenfis & Fratris *Bardonis* Abbatis de *Howedey* Judicum delegatorum literæ monitoriæ ad Dnum *Baffum*, ut ambos claues ædis, ubi frumentum ex agro, Ecclefiæ Sti *Olavi* ad occidentem fito, (in eujus poffeffionem anno priori fententia lata miffi fuerant Capitulum Stawangrenfe) perceptum in euentum caufæ condebatur, Canonicis poftulatus tradat. Actum Afloæ Anno Dni MCC.XC. nono. Die Tiri proxima ante Diem Palmarum folis. - Pag. 233.

1299. Capituli Stawangrenfis teftimonium fe vidiffe *Thorftani* Epifcopi Hamarenfis & *Bardonis* Abbatis de *Howedey* mandatum ad Dominos, Thorkillum de *Kinfarvik*, *Arnbernum* de *Thiorum*, & *Johannem* de *Hialmaland* Rectores Ecclefiarum, ut Arnonem Epifcopum Stawangrenfem & fautores amicosqve excommunicatos publice denuntient, nifi tempore ftatuto plenarie fatisfecerint Capitulo Stawangrenfi atque Ingemundo, ejusdem Canonico. Actum & datum Afloyæ in Confiftorio noftro. Anno Domini MCCXCIX. Tertio Idus Maii. Pag. 234.

1299. *Thorlaci* de *Eizfu*, *Einari* Iunioris, & *Simonis Gefli* teftimonia fe vidiffe litteras *Thorftani* Epifcopi Hamarenfis &c. monitoriales ad Dnum *Baffum* vid. fupra pag. 233. Die poft feftum Halwardi. - - - Pag. 239.

1299. *Nerwæ* Epifcopi Bergenfis & *Petri* dicti *Matæ* Canonici ejusdem ecclefiæ, Judicum delegatorum Sententia, qva *Jerundum*

dum Archiepiſcopum Nidroſienſem Capitulo reddere jubent. CCLXXVI. Marchas monetæ uſualis; Sigilla Capituli; Jurisdictionem & beneficiorum collationem; & denique, Eccleſiam de *Mæren*, expenſarum taxatione Sedi Apoſtolicæ reſervata. Lata & pronunciata fuit hæc ſentencia nobis pro tribunali ſedentibus in cathedrali eccleſia Nidroſienſi anno dni. M.CC.XC. IX.IIIJ. yduſ Junii. - - Pag. 240.

1299. *Thorſtani* Epiſcopi Hamarenſis & *Bardonis* Abbatis de *Howedey* Judicum Apoſtolicorum mandatum ad Dominos *Arnbernum* de *Thiorum* & *Thorkillum* dictum *Kotam* eccleſiarum rectores, ut *Erico* Rectori Eccleſiæ de *Gond*, ideo quod mandatis apoſtolicis obedierat ab Epiſcopo Stavangrenſi ab officio depoſito, præbendam reſtituant, nec patiantur *Juarum Steinradarſon* excommunicandum iſto munere fungi. Datum Aſlöyæ in curia noſtra.XIIIJ. Kal. Julii. Anno dni M.CC.XC.IX. Pag. 243.

1299. *Thorſtani* Epiſcopi Hamarenſis, & *Bardonis* Abbatis de *Howedey* Judicum delegatorum Sententia lata inter *Arnonem* Epiſcopum Stavangrenſem & ejus Capitulum, qua Canonici in poſſeſſionem mittuntur collationis omnium benificiorum eccleſiaſticorum, & jurium, qvæ de jure communi ad eos ſpectant; nec non in poſſeſſionem agrorum juxta eccleſiam Sti *Olavi* Stavangrenſis eorumqve fructuum; in poſſeſſionem prædiorum de *Horn* de *Roſſuik*, *Miolhus* & *Ormſlader*. Datum Aſloyæ. Anno domini. M.CC.XC. nono, tercio decimo Kal. Julij. - - - Pag. 244.

1299. *Capituli* Aſloenſis Vidiſſe literarum *Thorſtani* Epiſcopi Hamarenſis & Fratris *Bardonis* Abbatis de *Howedey* Judicum delegatorum, qvarum poſteriori excommunicationis ſententiam minantur Dominis *Arnberno* de *Thiorum* & *Johanni* de *Hialmaland*, niſi domino *Thorkillo* dicto *Kota* de *Kinzarwik* a Capitulo Stavangrenſi reqviſiti executionum ſuarum aggravationes

nes adimpleverint. Actum & Dat. Asloiæ in consistorio nostro, Anno Dni M.CC.XCIX, in vigilia sancti Johannis Baptistæ.
Pag. 247.

1299. *Nicolai* Legiferi, *Alfi* de *Kroke*, *Endridhi Hwiti* Testimonia se adfuisse, ubi *Helgus Hwitus* data dextra a Domino *Petro Gudleiki* filio XIV manada matbol prædii *Eidi* ad *Nordfiordas* pro XXI march. argenti defæcati emerat, iis tamdiu fruiturus, donec venditor eandem pecuniæ summam simul & semel circa festum crucis vernum rependerit. In Vigilia Stæ Mariæ Priori æstivali anno Regni Erici Regis XIX. Pag. 248.

1299. *Thorkilli* Rectoris Ecclesiæ de *Kinzarwik* testimonium se in præsentia Dni *Sigurdi* legiferi de *Röndom* & *Haquini* de *Ripue*, literas *Thorstani* Episcopi Hamarensis &c. vid. pag. 247. supra. coram Dno *Arnone* Episcopo Stavangrensi in curia sua publice perlegisse. - - Pag. 248.

1299. *Ivari Straumi* ejusqve conjugis Jardrudæ literæ, qvibus Eriko Abbati de Munkalife IV manada matbol prædii Ridhasvolli uendunt pro V. Vaccis. Actum a Nativit. Dni M.CC.XC. novem hiemibus. - - - Pag. 266.

1299. Hetlandiæ incolarum testimonium Judiciale *Ivarum* de *Eide* & *Haraldum* de *Borgarfiordo* a Domino Thorvaldo Thoreris filio, in jus citatos asseruisse, se præsentes fuisse in domo ducali in *Papeya* die Lunæ septimana muta ɔ: proxima ante Pasca, ubi *Ragnhilda Simonis* filia publice postulaverat, villam *Brekasetter*, in fraudem Ducis, canoni annuo non esse subjectam, & dominum *Endridum* ex Norvegia illuc nulli bono advolasse; nec non dominum *Thorvaldum* die postero duritiei in subjectos insimulasse; se uero postqvam legitime probatum erat, singula Papeyæ jugera non majoris a tempore immemoriali

riali æstimata esse, qvam marchæ auri defæcati, canonem uero fuisse unum & dimidium modium ex terra singularum marcarum defæcatorum sive ex singulorum nummorum terra duo Sald soluenda; hoc testimonium edidisse, ut valeat dominus Thorvaldus coram Duce rem rite exponere. A Nativitate Dni MCCXC & IX hiemibus. - - Pag. 267.

Incerti anni, Leges Convivarum (ni fallor De *Onarheim.*) Pag. 268.

Appendix.

1224. *Nicolai* Episcopi Osloensis literæ, qvibus oblata in honorem beatæ Virginis & Sancti Edmundi ab *Uddardo* monasterio de *Höwdöy* dimidiæ marchæ bol prædii *Vælli* in Parochia *Grafensi*, & aliud dimidiæ marchæ bol prædii Skipæimi in *Jolunda*, confirmat. Anno ab incarnat. Dni MCCXXIIII. Pag. 250.

1224. Haconis Regis Haconis filii literæ, qvibus piscaturam in *Diupvica* Regibus olim possessam, nunc uero ad ecclesiam pertinentem, illiqve a Regibus Haraldo, Ingone, Sverre Magno & Magno *Erlingi* confirmatam, omnibus interdicit & qvietum ejusdem usum ecclesiæ adserit. Circa MCCXXIV. Pag. 251.

1264. Magni Haqvini filii literæ protectoriæ datæ Monasterio Sti Michaelis de Munkalife. Actum a nat. Chr. M. hiemibus CC & LX & IV hiemibus. secunda hieme Regni. Pag. 252.

1280. *Arnonis* Epiſcopi Skalholtenſis indulgentiæ datæ iis qvi eccleſiam Sti Svithuni Stavangrenſis viſitaverint, & manus adjutrices porrexerint. Datum Bergis Anno Domini M.CC.LXXX. IX Kal. Auguſti Pontificatus Anno XIJ. - Pag. 260.

1293. *Haqvini* Ducis Norvegiæ edicta Incolis Heidmarkiæ & Thothniæ data, elapſis a Nativit. Dni M. hiemibus CCXC hiem. & III hiemib. die Jovis ante minorem Rogationum diem. Pag. 262.

1294. Erici Regis literæ monitoriæ ad Dnum *Erlenndum Amundi* filium, *Nicolaum* & *Eliſum* Legiſeros, ut Canonicos Nidroſienſes ab injuriis defendant & tueantur. Actum in Vigilia Petri Anno Regni XIV. - - Pag. 266.



EVGENII Papæ III Bulla protectoria Monasterio Sti *Michaelis* Archangeli Bergis data.

Ex Apographo Chartac. manu Arnæ Magnæi No. 1.

Laterani 1146. die 7 Januar.

EVGENIUS Episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Ormo Abbati Monasterii sancti Michaelis Bergensis, ejusqve fratribus, tam præsentibus qvam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum. Ad hoc universalis Ecclesiæ cura nobis à provisore omnium bonorum Deo commissa est, ut religiosas diligamus personas, & beneplacentem Deo religionem studeamus modis omnibus propagare. Neqve enim Deo gratus aliqvando famulatus impenditur, nisi ex caritatis radice procedens a puritate religionis fuerit conservatus. Oportet igitur omnes christianæ fidei amatores religionem diligere, & loca venerabilia, cum ipsis personis divino servitio mancipatis attentius confovere, ut nullis pravorum hominum inqvietentur molestiis, vel angariis importunis fatigentur. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, & præfatum Beati Michaelis Archangeli Monasterium, in qvo divino mancipati estis obseqvio, sub Beati Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus. Inprimis siqvidem statuentes, ut ordo monasticus secundum beati Benedicti regulam perpetuis ibi temporibus inviolabiliter conservetur. Qvascumqve præterea posses_ siones, qvæcumqve bona inpræsentiarum justè & canonicè possi_ detis, aut in futurum concessione pontificum, liberalitate Regum largitione principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis

præſtante Domino, poteritis adipiſci, firma vobis veſtrisqve ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Monaſterium ipſum Beati Michaelis, cum terris, poſſesſionibus, decimis, pratis, nemoribus, piſcariis, & aliis pertinentiis ſuis. Inſulas qvæ dicuntur Aumas, cum Eccleſia ſancti Clementis. Eccleſiam ſancti Nicholai de Hardla, cum inſulis ad illam pertinentibus: cætera omnia qvæcumqve ſunt ejusdem Monaſterii, ſummi clavigeri ſub protectione & noſtra in ævum conſerventur. Prohibemus inſuper, ut nullus, poſt factam ibidem profesſionem, absqve Abbatis & fratrum ſuorum licentia de eodem Monaſterio recedere præſumat. Ad hæc adicientes, ſtatuimus, ut qvotiens vobis neceſſe fuerit adeundi ſedem Apoſtolicam, facultatem liberam habeatis. Obeunte verò te, nunc ejusdem loci Abbate, vel tuorum qvolibet ſucceſſorum, nullus ibi qvâlibet ſubreptionis aſtutiâ ſeu violentia præponatur, niſi qvem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris ſecundum Dei timorem & Beati Benedicti Regulam providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum locum temere perturbare, aut ejus poſſesſiones auferre vel ablatas retinere, minuere, ſeu qvibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, eorum, pro qvorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura: ſalvâ ſedis Apoſtolicæ auctoritate, & dyoceſani Epiſcopi canonicâ juſtitia & reverentiâ. Si qva igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona hujus noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temerè venire temptaverit, ſecundo tertiove commonita, ſi non reatum ſuum congruâ ſatisfactione correxerit, poteſtatis honorisqve ſui dignitate careat, reamqve ſe divino judicio exiſtere de perpetratâ iniqvitate cognoscat, & â ſacratisſimo corpore & ſangvine Dei & Domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atqve in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, qvatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & aput diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant, Amen. Datum Lat. per manum Roberti, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyter

byteri cardinalis & cancellarii, VII Idus Januarii, Indictione VIII, Incarnationis Dominicæ Anno M.C.XL.V. Pontificatus vero Domini Eugenii Papæ. III. anno primo.

ANASTASII Papæ IV. Fundatio Archiepiscopatus Thrundhemensis data Laterani

Ex Apographo Chartaceo. No. 2.

1154 — Decembris.

Universis ad qvos præsentes litteræ pervenerint Sweno Decanus, Wlpho Archidiaconus, Ecclesiæ Nidrosiensis, Ingewaldus Prior canonicorum regularium sancti Augustini in sancta sede aput Nidrosiam, & Petrus Prior fratrum Prædicatorum ibidem, salutem in Domino sempiternam. Noveritis nos literas infrascriptas felicis recordationis Domini Anastasii Papæ Qvarti, non cancellatas non abolitas, nec in aliqva sui parte vitiatas, sub philis serici, brunei coloris, & plumbeo sigillo, vidisse & diligenter perlegisse, cum subscriptione ejusdem summi pontificis Anastasii & Cardinalium; Qvarum tenor, unacum subscriptionibus, signis tamen eorumdem subscribentium illic appositis, hic autem omissis, de verbo ad verbum seqvitur, & est talis

Anastasius Episcopus, Servus servorum Dei, venerabili fratri Johanni Trwdensi Archiepiscopo ejusqve successoribus, canonice substituendis, in *) perpetuum Licet omnibus discipulis eadem ligandi & solvendi sit concessa potestas, licet unum præceptum ad omnes idemqve pervenerit prædicandi Evangelium omni creaturæ; velut qvædam tamen inter eos habita est discretio dignitatis, & Dominicarum ovium curam, qvæ omnibus æqvaliter imminebat, unus singulariter suscepit habendam, dicente ad eum Domino: Petre amas me? pasce oves meas. Qvi etiam inter omnes Apostolos principatus nomen obtinuit, & de fratrum confirmatione singulare â Domino præceptum accepit; ut in hoc secuturæ posteritati daretur intelligi, qvoniam, qvamvis multos ad regimen Ecclesiæ

*) ppm, extat in membran.

clesiæ contingeret ordinari: unus tamen solummodo supremæ dignitatis locum fastigiumqve teneret, & unus omnibus, & potestate judicandi, & gubernandi onere præsideret. Unde & secundum hanc formam in Ecclesia distinctio servata est dignitatum. Et sicut in humano corpore pro varietate officiorum diversa ordinata sunt membra, ita in structura Ecclesiæ ad diversa ministeria exhibenda diversæ personæ in diversis sunt ordinibus constitutæ. Aliis enim ad singularum Ecclesiarum, aliis autem ad singularum urbium dispositionem ac regimen ordinatis, constituti sunt in singulis provinciis alii, qvorum prima inter fratres sententia habeatur, & ad qvorum examen subjectarum personarum qvestiones & negotia referantur. Super omnes autem Romanus Pontifex, tanqvam Noe in arca, primum locum noscitur obtinere; qvi, ex collato sibi desuper in Apostolorum principe privilegio, de universorum causis judicat & disponit. Et per universum orbem Ecclesiæ filios in Christianæ fidei firmitate non desinit confirmare; talem se curans jugiter exhibere, qvi vocem Dominicam videatur audisse, qva dicitur. Et tu aliqvando conversus confirma fratres tuos. Hoc nimirum post beatum Petrum illi Apostolici viri, qvi per successiones temporum ad gerendam curam sedis Apostolicæ surrexerunt, indesinenti curaverunt studio adimplere, & per universum orbem, nunc per se, nunc per legatos suos corrigenda corrigere, & statuenda statuere summopere studuerunt. Qvorum qvoqve vestigia subsecutus felicis memoriæ Papa Eugenius, antecessor noster, de corrigendis hiis, qvæ in Regno Noruegiæ correctionem videbantur exposcere, & verbo ibi fidei seminando, juxta sui officii debitum, sollicitus extitit. Et qvod per se ipsum, universalis Ecclesiæ cura obsistente, non potuit, per Legatum suum, venerabilem scilicet fratrem nostrum, Nicolaum Albanensem Episcopum, exsecutioni mandavit. Qvi ad partes illas accedens, sicut â suo patre familias acceperat in mandatis, talentum sibi creditum largitus est ad usuram, &, tanqvam fidelis servus & prudens, multiplicatum in fructum studuit reportare. Inter cætera vero, qvæ illic ad laudem nominis Dei & ministerii sui commendationem implevit, juxta qvod prædictus antecessor noster ei præceperat, pallium,

firmiter precipientes, quatenus dictos amicos nostros & fautores, quandocunque & ubicunqve eos vobiscum contigerit conuenire, tanquam dilectos nostros & regni speciales, vt dictum est, fautores, habeatis apud quoslibet propensius commendatos & a vobismet ipsis, quantum potestis promoueatis & honoretis, ac in omnibus honorabiliter pertractetis, nec non & in omnibus suis agendis contemplatione nostri & precipue contra omnes injuriantes eis indebite nostris auxiliis assistatis & consiliis oportunis, cum ab eis fueritis requisiti, per vosmet ipsos, siquidem in corpore, rebus & personis eis attinentibus, nullum grauamen damnum, iniuriam, seu molestiam aliquam eisdem vllatenus inferatis vel quantum in vobis fuerit inferri ab aliis permittatis, prout Regie Majestatis nostre indignationem & vltionem volueritis euitare. Volentes insuper in signum specialis dilectionis & fauoris dicte ciuitatis Bremensis Ciuibus mercatoribus & incolis in solucione telonii in piscatura allecium ampliorem facere graciam, quam aliquibus aliis mercatoribus regnorum suprascriptorum, vt eo fortius nostris assistant obsequiis, quo se amplius per nos in hac parte senserint supportatos. Volumus & presentium tenore concedimus ex gracia speciali, vt omnes & singuli mercatores premisse ciuitatis Bremensis tempore quo nobiscum allecia capiuntur ad regnum nostrum uelificantes pro nauibus suis ibidem sarcinandis pro qualibet lesta allecium soluant nomine telonii tres denarios nouorum & legalium sterlingorum tantum ad dies nostros, ita tamen quod super numero lestarum sarcinatarum credatur & stetur sacramento domini nauis & gubernatoris & aliorum duorum virorum eiusdem nauis, quos thelonarius noster duxerit acceptandos. Inhibemus itaque omnibus balliuis & exactoribus nostris, ac ministris ipsorum quibuscunque, ne quis a premissis mercatoribus Bremensibus quecunque dona vel seruitia seu quicqnam sub colore thelonei preter suprascriptum thelonium exigere uel extorquere quomodo libet audeat uel presumat, sicut gratiam nostram diligit & fauorem. In cuius rei testimonium presens priuilegium dicte ciuitati Bremensi concessimus nostri sigilli munimine roboratum Datum Tunsbergis XII Kalend. Augusti Anno Dni M.CC. nonagesimo quarto Anno regni nostri XV. *Aruonis*

Arnonis Epifcopi Stavangrenfis Apoftoli dati fuis Canonicis fuper appellatione ab fua fententia fuper decimis in *Finöy* per *Thorgillum* Epifcopum, a Cathedra abalienatis

Ex Apographo membr. Fafcic. XXVII. No. 1. Apograph. Chartac. manu Arnæ Magnæi No. 69.

1295. die 11 Januarii.

Omnibus xpi fidelibus ad quos prefens fcriptum peruenerit *Ericus* dei gratia Abbas Monafterij fti *Michaelis* Bergenfis Ciuitatis, Salutem in domino sempiternam, Nouerint vniuerfi quod nos Anno domini M,CC,XC, quinto, IIJ, idus Martij commifimus in prefentia fratris noftri *Petri*, & *Bergthori* clerici noftri & aliorum fidedignorum apoftolos, non cancellatos neque abolitos neque in quacunque parte fue forme viciatos cum integro figillo pendenti domini *Arnonis* Epifcopi Stawangrenfis roboratos *Nicholao* dicto *Albo* nuncio Canonicorum *Stawangrenfium* ad curiam *Romanam* ex parte eorum deferendos, & ipforum procuratori, videlicet *Gautoni*, concanonico eorundem ibidem exiftenti committendos quorum tenor talis eft,, Sanctiffimo in xpo patri ac domino fuo domino *Celeftino* diuina prouidentia facrofancte Romane ecclefie fummo Pontifici fuus deuotus & obediens filius, *Arno* Stawangrenfis epifcopus licet indignus, cum fumma reuerentia pedum ofcula beatorum, Nouerit Sanctitas ueftra difcretos viros ecclefie mee canonicos a fententia quam tuli contra ipfos fuper alienatione cuiusdam decime melioris & valde neceffarie ad menfam meam & cathedram ecclefie mee fpecialiter pertinentis, per bone memorie *Thorgillum* quondam Epifcopum *Stawangrenfem* predecefforem meum in graue dampnum curie mee fiue menfe ac futurorum Epifcoporum preiudicium & grauamen improuide attemptata & per confilium feculare contra facrorum canonum inftituta prout ex forma alienationis apparere poterit euidenter ueftram fub hac forma audientiam appellaffe. In nomine Patris, filii, & fpiritus fancti, Amen, A fententia fi fententia poterit dici qua vos uenerabilis Pater & domine *Arno* dei gratia Stawangrenfis Ecclefie Epifcope, anno dominj M,CC,XC,IIII, quarto Idus Decembris eiusdem ecclefie

 tuliftis

tuliſtis ſuper priuatione decime noſtre de *Finöy*, tamquam ab iniuſta in hijs ſcriptis ſedem Apoſtolicam appellamus & apoſtolos inſtanter petimus nobis dari ſupponentes nos & bona noſtra mobilia & immobilia ſeu iura defenſioni & protectioni ſedis eiusdem, prefigimus in ſuper nobis terminum conceſſum a iure ad predictam appellationem proſequendam, Interpoſita fuit preſens appellatio, anno domini quo ſupra, XVII Kalend, Januarij, hijs teſtibus preſentibus &c, Cui appellationj pater ſancte ob reuerentiam ſedi apoſtolice deferens eos ad veſtram preſentiam cum hijs litteris ſiue apoſtolis patentibus meo sigillo munitis remitto, ſtatuens eis annum non minus ne cauſa huiusmodi plus debito prorogetur pro termino peremptorio, in quo ſe per ydoneum procuratorem cum omnibus munimentis ad cauſam ſpectantibus ueſtro conſpectui repreſentent, Datum *Stawangrie* Anno domini, M,CC, XC, quinto, tercio Idus Januarij, jn cuius rei teſtimonium Sigillum noſtrum preſentibus duximus apponendum, Datum, *Bergis*, XV, Kal, Februarii, anno domini, M,CC,XC,VII.

Sigillum, quod loro membranæ exciſo appenderat, deeſt.

Erici Abbatis de Munkalife Sententia, qva, auctoritate *Haconis* Ducis Norvegiæ fungens, Eccleſiæ de *Sande* piſcationem in amne inter *Sande* & *Faxſtados*, Litteris Domini *Haltboris* legiferi *Suldali* colonis minus juſte adjudicatam reſtituit.

Ex Autographo membran. Faſcic. XXI. No. 3.

1295. die 24 Maii.

Varandom oc vidr komandom ollum guds uinum oc ſinum þeim ſem þetta bref ſia æda höira ſendir *Eirikr* med guds miſkun. Abote. at *Munkliſi* j *Biörgvin* Q. G. oc ſina. En þa er lidnir voro fra burd vards herra ihu xpi. M. vætra. CC. vætra. XC. vætra oc. V. uætr voro uær j *Rygia fylki*. eptir vilia oc bodſkap vars uirdulægx herra *Hakonar* Noregs hertoga. at ſia oc retleida af hans halwo þa luti ſem leidrettingar þyrſtu. æftir þæirri ſkynſemd oc viti ſem gud heuir

let

let oſſ. Komo ver j *Suladall* til aar þeirar ſem liggr millom *Sanz* oc *Faxſtada*· oc höirdom oc ſaam aſkilnad· þan ſem var j millom Sira *Bardar* ſem ſyngr a *Sande* af einni haluo oc bondanna af *Suladale* af annare. vm fiſkina ſem liggr till *Sanskirkiu*· oc ſkildu ver at kirkian heuir mykill rangænde haft oc þolt af *Suldölom* langa ſtund. ſaker þeſſ brefs einkanliga ſem herra *Haldor* Logmadr fæk þeim. oc af þui at þat bref ſyndizt oſſ huarki loglæga ne ſkynſamlæga gort væra· at meina Preſtinom fiſkina. fyrer ſino lande. þar ſem hann nytr þui ſidr til midrar aar. at hans land gængr oc uttan at kermv· ſua at þurt ær jamnan næma ſnönam· ſe· æda ſtoſto vatnauæſtir. oc maa fiſkr ganga bæde upp oc ut ſem oſſ ſyndizt oc vitnad var fyrer herra *Haldori*· kollodo ver þat bref aftr. oc dömom med þeſſo varo breue af halwo vars herra Hertogans oc þui valde ſem hann heuir oſſ fengit oc gott orlof til gæuom Sira *Barde*· a· *Sande* at nyta fiſkina hædan af fyrer kirkiunnar lande frialſlæga bæde kær oc kaſſa oc oll fiſki uell ſua langt utt ſem logbok vattar. Fyrerbiodom ver huerium manne. hædan af at meia æda talma fyrer honom fiſkina· þar till ſem vor herra Hertoginn ſer ſialfur oc hann uill adra ſkipan a gæra. En huer annara ſem þetta uart bref brytr þa uiti ſannlæga at hann ſkall ſliku fyrer ſuara ſem han bryti æda ryſi dom oc bref ſialfs vars herra hertogans. oc til ſans vittnisburdar fengo uer her fyrer uart bref oc inſigli. Var þetta bref gort j *Stawangri*· a fyrſagdom tima IX. nattom æptir *Halwardar* meſſo. a XVI· are Hærtogadoms vars virdulægs herra *Hakonar* Noregs Hærtoga

Sigilli ceræ albæ impreſſi fragmentum loro membranæ exciſo appendet.

Nicolai

Nicolai de *Husabö*, *Vilhelmi* de *Torgis*, & *Elifi* Legiferi teſtimonia, ſe a Canonicis Nidroſienſibus rogatos Archiepiſcopo obtuliſſe compoſitionem actarum inter eos litium, ſed nihil profeciſſe Archiepiſcopo a Canonicis mille marchas & perfectam obedientiam poſtulante.

Ex Autographo membran. Faſcic. VI. No. 4. Apograph. Chart. manu Arnæ Magnæi No. 70.

1295. die 4 Junii.

Þat se allum kunnikt at þa er lidnir varo fra burd vars herra. M. Vettra oc CC.XC. Vttra oc. V. væter a laugardag. VII. nattum fyrer feſtum Barnabe i *Nidaroſe*. Gengom ver *Nikulaſ* i *Huſabö*. *Vilialmer* j *Torgom* oc *Eilifer* Logmadr af halfu korſbrödra sem þeir bado oſſ fram til ærkibiſkups med þeirra ærindum ok ek *Vilialmr* bar fram a þenna hatt fyrer Ærkibiſkupi. Med þi herra at þer budud korſbrödrom eda þeirra vmbodsmanne koma til ydar a *Halogaland* at ſkipa þa luti med ydr ſem ſettargerd ydur ok þeirra vattar oc þeim þotte þat omattelegt vera at fara ſua langt oc þyngiazt miök ef þeir före moti vanda oc þo ei viſt huar þeir fyndi ydr þar ſem þer ſettud þeim engan viſan ſtad ne tima. þikkir þeim vidrkömelekt at ſia nu fyrer prouendom oc adrom beneficiis er lauſ ero oc ſkipa med þeim allom eda þeirra vmbods manne sira *Jone* eda ſire *Aſkeli* oc Ærkibiſkop ſuarade of ſeint er nu þui at ver hafum ſkipat i vaar margt medan lifdi ſira *Helgi* korsbrodir er vmbodsmadr var Capituli. En ſidan kalladom uer vmbodsman þeſſara at hann hefdi komit innan. XV. daga til vaar oc *Vilialmer* ſuarade ydrir umbodsmenn ſua sem herra Abote oc herra Prior her ſettu a lengra ſtefnu dag feſtum *Barnabe* j *Vagom* oc brödr ſegia at nu megu þeir gera allt er vantar. Nei ſagdi Ærkibiſkop þeir ero engi korsbrödr oc j banne ero þeir oc ecki viliom ver med þæim gera komom uer þui þo a bidiande Ærkibiſkop oc brödrena at þeir taladez vidr oc ſua ſem huarir tueggia iatado þeſſo komo fram um morgonin efter a drottens dag. V. korsbroder ſira *Ellendr* meiſtare *Oblaudr* Sira *Audun* Sira *Jon* oc Sira *Aſkell* oc ver med þeim oc taladozt þeir þa vid væl

oc

oc viterlega oc millom annara luta margra er þa foro fram budu brödr ſin vmbods mann ſua ſem þeir budu laungu i væter ſem herra Prior a *Ælgiſatre* oc predikarar vitu. ſira *Aſkel.* med þui mote þo at ek sagde *Jon* kennir mik j engum lut talmadan at ek mege æi vera. En þetta gerom ver bröder saker fridarens oc Ærkibiſkop sagde offeint er nu þuiat ver hafom skipat alt med *Helga* oc med þui takum uer *Aſkel* at haldizt þat ſem adr er gert. oc broder sagdu *Helga* köllom ver engan korsbrodor verit af oſſ ne nockot Capituli vars vmbod haft oc þat vitum ver allt onytt ſem þer hafer med honom gert i vætr oc j vaar. oc alt annat þat ſem þer hafit skipat vtan vara samþykt oc ver æigom rada med ydr Sagde Ærkibiſkop vm sidir at honom likade væl at ſira *Aſkell* være vmbodsmadr Capituli. Sidan var ſagt af halfu Capituli. þer herra sendud oſſ at ſinni bref ok kalled oſſ ihafa fallet pinu. M. marka oc ver appelleradom fyrer ydrum umbodsmannom þegar af þæim þyngſlum oc ſynum hana ydr oc var hon leſen þar oc ſengen honom i hendr ſem ver ſaam. sagdi ærkibiſkop ecki matto þæir döma j hauſt mote samuiſku vare oc at þeir ſe æi i banne ſem ver hafom i ſett oc ſuarat var af halfo brödranna ver hafum kallat til herra Pauans oc þui bindr ekki bann þat oc ef þer vilid niota doms þeirra fyrer ydr latid oſſ oc niota þar ſem fyrer oſſ gerir her um oc Ærkibiſkop sagde ekki latum ver vndir menn vara döma ivir oſſ oc þui hafe þer fallit i pinu at þer komed æi kallader. Hugdum ver at ver mættem kalla klerka vara. oc ef þer kome æi ne greiddi þat sem ver bydim taka þa þegar lagdu læckmenn her gott til oc bado at þeir sialfer mætte bazt ſettazt ſin a milli. Oc at þetta ſe ſatt oc ſua fram faret ſem nu er ſagt ſettum ver fyrer þætta bref vor jnſigli.

Sigilla deſunt.

Arnfinni Abbatis de *Utſten*, Johannis Abbatis de *Hoſno*, *Sigurdi* Archidiaconi de *Hetlandia*, teſtimonium ſe affuiſſe, dum *Ericus* Abbas monaſteri de *Munkaliſe* ab *Ingeleifa Arnberni* filia conſenſu *Thyoſtolfi* mariti ſui emebat VI manada matbol prædii *Straumahuerue*. III manadamatleigu prædii *Vædhraſe*, & III manadamataleigu prædii *Sigridhuſætre*, pro XXX marchis argenti currentis, qvæ tunc VI marchas defæcatas valebant

Ex Codice Diplomat. Munkalifenſi. Apogr. Chartac. No. 71.

1295. die 26 Julii.

Ollum guds vinum oc ſinum þeim ſem þetta bref ſia edhr höyra ſenda *Arnfin* Abote i *Wtſtein*, *Jon* Abote i *Hoſno Sighurder* Archidiakn a *Hietlande* Q. G. oc ſina Ver gerom ydhr kunnykt gera at a þi are er lidhit var fra burd vars herra M. vetrra CC.XC oc fim væter. varo ver þar i hia oc margher adrir godher menn at herra *Eirikr* Abote at *Munkliue* i *Bergwin* köpte af *Ingeleifue Anbiarnar* dotter VI manada mata boll i *Straumahuerue*. III manada mata leigho i *Vædhraſe* oc annara þriggia i *Sigridhuſætre* medh ſamþykt *Þioſtolfs* bonda hennar firer XXX marka gangs ſylfurs er þa gengr firer VI merker brendar Scall hon gera Abota iamheimola iordh ſem han gerdi henni aura med ollum ſinum lunnendum oc lauſa efter after med ſialf ſins pæninga ok til ſanz vitniſburdhar ſettom ver var incigle firer þetta bref in craſtino Sci *Jacobi* anno ſupradicto

PHILIPPI (Pulchri) Francorum Regis Foedus initum cum *ERICO* Rege Norvegiæ, cui ſubnexæ ſunt *ERICI* Regis Litteræ procuratoriæ datæ *Auduno Huglaci* filio, in Galliam ablegato.

Ex Autographo membraneo Archivi Regii. Apogr. Chartac. No. 72.

1295. die 23 Octobris.

Ph.. Dei gratia Francorum Rex.. Vniuerſis preſentes litteras inſpecturis Salutem. Inter alia per que regnant am & Regnorum

exaltatio

exaltatio procuratur, acquiritur pacis & tranquille quietis amenitas, ac felici & prospero statu consulitur subditorum, Illud videtur attenta consideratione precipuum quod inter Reges & Regna solide caritatis vnitas & fidelis amicicie federa nutriantur: Sic que Reges & Principes ad propulsandas iniurias & domandas insolentias peruersorum, ac reprimendas impugnationes hostiles pro *) exetutione iusticie mutua sese cum causa deposcit, relatione coadiuuent, quod alter, alteri libenter assistat in prosperis & non deficiat in aduersis ut saltem defensionis armate remedio pacem odientium repressis salubriter iniuriosis impulsibus pacis optate dulcedo proueniat in cuius pulcritudine deuoti pacis filij pacis actori eo deuotius quo tranquillius famulentur. Sane Inclito Principe. E. dei gratia Norwegie Rege jllustri speciali amico nostro premissas vtilitates & commoda prudenter ac sollicite attendente nobisque consideratione simul prouocatis laudabilibus votis eius grato concurrentibus libenter assensu, inter nos & nobilem virum *Aud. Huglaci* consanguineum & procuratorem suum ad hoc specialiter constitutum prout in quibusdam procuratoriis litteris inde confectis ipsius Regis sigillo munitis quorum tenor de verbo adverbum inferius est conscriptus plenius continetur. contracta sunt amicicie & confederationes, ac inite & concordate conuentiones, pactiones, & stipulationes inferius annotate! que tales sunt. Actum in primis conuentum & concordatum extitit inter nos & procuratorem predictum procuratorio nomine dicti Regis, quod nos & jdem Rex ac nostri & eius heredes nobis & sibi in Regnis nostris successuri erimus ad inuicem perpetuis temporibus veri & fideles amici & inter Regna predicta vnitatis concordie & amicitie perpetue fédera seruabuntur. Quodque si persona quecunque fidelitatis nobis debito hodie non adstricta nec nostre iurisdictioni subiecta vel que dicte persone huiusmodi debito sic astricte aut nostre ut premittitur iurisdictioni subiecte in fidelitate aut subiectioni huiusmodi in posterum non succedet princeps aut potens cuiuscunque conditionis existat contra ipsum Norwegie Regem heredes aut successores suos Norwegie Reges guerram mouere aut ipsos molestare

*) excutione *legend.*

ſtare seu ipſis alias iniuriari preſumpſit hactenus vel preſumpſerit in futurum. Idem & Norwegie Rex & ſucceſſores sui nobiſ & noſtris de ſua iuſticia fidem facient. Nosque ac ſucceſſores noſtri poſtquam Regem ipſum uel ſucceſſores suos ſtabit, mouenteni guerram moleſtatorem seu iniuriatorem prediƈtum attentius requiremus ut a prediƈti *Norwegie* Regis qui pro tempore fuerit iniurioſa debeat moleſtatione ceſſare, ſibique ad noſtrum uel ſucceſſorum noſtrorum arbitrium reſtituere ac pacifice dimittere ſua jura ac de dampnis illatis & iniurijs irrogatis ad idem arbitrium ſatisfaƈtionem debitam impartiri. Qui ſi acquieſcere noluerit noſtris requiſitionibus in hac parte Nos & ſucceſſores noſtri Francorum Reges diƈta Norwegie regi & ſucceſſoribus suis Norwegie Regibus in guerra huiusmodi tanquam veri & fideles amici preſtabimuſ conueniens conſilium & auxilium oportunum. Ad hec contra. . Regem Anglie, & ſucceſſores eiusdem quem ſuis demeritis exigentibus fidelem noſtrum fore hodie nullatenus reputamus etiam ſi eum uel ſucceſſores suos fideles uel ſubieƈtos noſtros uel ſucceſſorum noſtrorum im poſterum eſſe contigerit, quia diƈtus Norwegie Rex certum ſubſidium per conuentiones inter nos & procuratorem prediƈtorum nomine quo ſupra initas in preſenti guerra quam contra ipſum Anglie Regem fautores confederatos & valitores eius habemus preſtare tenetur Nos & ſucceſſores noſtros teneri volumus ad confederationes & conuentiones huiusmodi obſeruandas. Idemque *Norwegie* (Rex) ac ſucceſſores eiuſdem erga Nos ac noſtros in guerris & moleſtationibus quas nos & ſucceſſores noſtros contra quoſcunque etiam diƈtum Regem Anglie uel alios futuris temporibus habere contigerit, in omnibus & per omnia ſimili modo se gerere tenebuntur. Porro de Magnifico Principe Scotorum Rege jlluſtri qui pro hijs que tenet a nobis in Regno noſtro fidelitatis debito nobis hodie eſt aſtriƈtus inter Nos & procuratorem prediƈtum nomine quo supra ſpecialiter eſt conuentum, quod diƈto Regi Norwegie uel ſucceſſoribus suis in guerris quas faceret contra ipſum Regem Scotorum uel ſucceſſores ſuos nullum nos uel ſucceſſores noſtri preſtare tenebimur auxilium aut juuamen.

men. Et si Rex ipſe ſcocie uel ſucceſſores ſui nobiſ aut ſucceſſoribus noſtris impoſterum, guerram facerent, dictuſ Norwegie Rex uel ſucceſſores ſui auxilium uel fauorem nobiſ preſtare pari modo nullatenus tenerentur. Nec predicto Regi Scocie uel ſucceſſoribus ſuis nos aut noſtri in guerriſ quas contra memoratum Regem Noruegie uel ſucceſſores ſuos haberet auxilium preſtabimus aut iuuamen niſi Rex ipſe ſcocie aut ſucceſſores ſui noſtro aut ſucceſſorum noſtrorum paratus eſſe ſtare arbitrio uel iudicio de queſtionibus & cauſis pro quibus fieri contingeret dictas guerras. Si uero Idem Rex Scocie de omnibus queſtionibus & querelis quas Norwegie Rex predictus uſque in diem preſentem habet uel habere poteſt contra ipſum noſtro ſe uellet arbitrio uel judicio ſubmittere hinc ad annum actum eſt inter nos & procuratorem predictum nomine quo ſupra quod dictus Rex Norwegie. & ſucceſſores ſui in caſum huiusmodi generalem confederacionem inter nos & ipſum procuratorem, nomine quo ſupra initam etiam quantum ad ipſum Regem Scocie & ſucceſſores ſuos tenebuntur nobis & ſucceſſoribus noſtris in omnibus obſeruare. Et nos ſimiliter eidem Regi Norwegie & ſuis ſeruata tamen forma confederacionis eiuſdem. Actum eſt etiam expreſſe inter nos & procuratorem predictum nomine quo ſupra, quod quia ſepefatus ſcocie Rex in c predicta quam contra prefatum *Anglie* Regem habemus nobis debet aſſiſtere ope conſilij auxilij efficacis & guerram facere contra eum ne ab hijs diſtrahi valeat uel etiam impediri sepedictus *Norwegie* Rex uel ſucceſſores ſui prelibito Scocie Regi uel ſuis occaſione aliquarum queſtionum uel diſſenſionum ortarum preteritis temporibus inter eos predicta guerra noſtra durante guerram facere non poterunt aut alias eis moleſtationes inferre nec nouas cauſas fingere uel occaſionem preſtare fraudem dolum uel machinationem aliquam adhibere propter quas guerram aliquam guerra noſtra predicta durante fieri oporteat in ipſos, immo bona fide pro viribus id uitabunt. De guerris quoque in quibus Rex ipſe uel ſucceſſores ſui nobis aut noſtris preſtiterint iuxta premiſſam formam conſilium & juuamen poſtquam

 guer-

guerram inde ad requiſitionem noſtram fecerint Nos uel ſucceſſores noſtri concordare componere, aut pacem uel treugam inire nequibimus ipſo Rege ſuiſue ſucceſſoribus prediƈtis exclusis dummodo rationabiliter obſeruare rationabili & conuenienter acceptabili compoſitioni vel paci voluerint aſſentire. Sed eos in compoſitione & traƈtatu pacis prediƈte & treuga includere tenebimur specialiter & expreſſe Quod & ipſe & ſucceſſores eiusdem erga nos & noſtros de guerris quibus nos immiſcuerimus pro eiſdem tenebuntur similiter obſeruare. De perſonis autem nobis debito fidelitatis adſtriƈtis vel noſtre jurisdiƈtioni ſubieƈtis sepediƈto. Regi Norwegie & ſucceſſoribus suis de hijs que tenebunt a nobis vel super quibus noſtrum ſubire judicium tenebuntur faciemus mature iuſticie complimentum. Et jdem Norwegie Rex ac ſucceſſores sui de suis fidelibus & subieƈtis idem nobis facere tenebuntur. Traƈtatus autem conuentiones, paƈtiones & stipulationes, prediƈtas, Memoratus Rex in preſentia nunciorum noſtrorum quos ad eum deſtinamus ratificare & approbare tenetur, ac ſuo nomine innouuare ac super ratificatione approbatione oc innouuatione prediƈtis ſuas nobis per eoſdem nuncios mittere patentes litteras sigilli ſui muniminc roboratas Tenor autem litterarum procuratorum de quibus in superioribus faƈta eſt mentio sequitur per ordinem in hec verba *ERICUS* Dei gratia Rex *Norwegie* vniuerſis litteras viſuris vel audituris, Salutem in domino Nouerit uniuerſitas veſtra, nos *Audenum Huglati* dominum de *Hegranes* carum conſanguineum & Secretarium noſtrum exhibitorem preſenciuni, noſtrum facimus conſtituimus & ordinamus verum & legitimum procuratorem & nuntium specialem ad traƈtandum & conueniendum pro nobis & noſtro nomine cum Sereniſſimo Principe Dno.. Ph. Rege Francorum jlluſtri, ad cuius preſenciam ipſum super hoc specialiter deſtinamus de confederationibus mutuis & amicitie federibus inter eundem Regem & Nos, ac noſtros & eiuſ heredes, ſibi & nobis in regnis noſtris ſucceſſuros ac eadem regna contrahendis & perpetuis temporibus duraturis, concordandi, firmandi & quauis firmitate uallandi traƈtatus & conuentiones huiusmodi, ac promit-

mittendi pro nobis & successoribus nostris Norwegie Regibus, eidem Regi pro se & successoribus Francorum Regibus subuentiones & subsidia quecunque tam generalia quam specialia perpetuâ & ad tempus contra quascunque personas, cuiuscunque ordinis existant, etiamsi imperiali vel regali fulgeant dignitate & specialiter contra Regem Anglorum & valitores eius tam Regem Allemannorum quam alios quoscunque transigendi nomini nostro paciscendi, componendi, compromittendi compromissum quacunque firmitate vallandi & submittendi nos judicio uel arbitrio cuiuscunque principis uel potentis mutuum semel vel pluries quociensçunque & quandocunque viderit expedire pro nobis & nostro nomine contrahendi & suscipiendi in quantitate quacunque & etiam quantacunque stipulandi promittendi, obligandi nos successores nostros & jncolas Regni nostri ac nostras & ipsorum terras & bona omnia mobilia & immobilia presencia & futura & jurisdictioni cuiuslibet principis uel potentis aut judicis subponendum, prestandi quoque in animam nostram cuiuslibet generis sacramentum, & omnia faicendi que circa premissa fuerint oportuna. Dantes dicto Procuratori nostro liberam & generalem potestatem & speciale mandatum omnia & singula supradicta nomine nostro & quecunque alia in iudicio & extra iudicium faciendi, que nos faceremus si presentes essemus, & que potest facere quilibet verus & legitimus procurator, etiam si mandatum requiritur speciale Volentes omnia & singula que mandatum nostrum exigerent speciale sub predicta generali & libera potestate a nobis sibi tradita comprehendi, ac si omnia & singula singulariter & nominatim expressa forent in presenti procuratorio & inseria. Promittentes sub ypotheca bonorum & rerum nostrarum si necesse fuerit iudicio sisti & judicatum solui nosque ratum habituros & gratum quicquid per dictum procuratorem nostrum in predictis omnibus & singulis, & ea qualicunque tangentibus actum fuerit siue etiam ordinatum. In cuius rei testimonium presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Datum. VIIJ. Kalendas Julij Anno Domini, Millesimo, CC. Nonagesimo quinto. In quorum omnium testimonium. &

muni-

munimen presentes litteras sigilli nostri fecimus appensione muniri. Actum Parisius sabbato post festum beati Luce euangeliste. Anno domini Millesimo ducentesimo nonagesimo quinto

Sigillum ceræ viridi impressum corda sericea viridis rubriqve coloris appendet
adv. Rex in Majestate throno insidens coronatus dextra lilium sinistra sceptrum liliatum superne gerit. singula throni latera duo leonum capita hiantia præ se ferunt. cum circumferentiali inscript. *PHILIPPUS FRANCORUM REX.* Avers. multo minus Scutum X lilia, primum IV, secund. III, tertio II, qvart. I.

Hallonis Abbatis de *Howodöy* confirmatio terminorum inter villam *Markam*, & monasterii prædium *Aspa*, qvi communi utriusqve possessoris consensu describebantur a lapide ad marginem viæ occidentalem apud *Röysi* sito, austrum versus usqve ad colliculum, qvi semitæ per *Raudakleifam* ducenti ab oriente astat, inde vero deorsum in rimas apud *Myragard*

Ex Autographo membran. Societatis Danicæ No. 7.

1295. die 9 Augusti.

Ollum gudſ vinum oc finum þæim sem þetta bref sia eda höyra sendir *Halle* Abote i *Howdöy*. Q. G. oc sina. Ver gerom ydr kunnict. at *Arbioru* bonde a *Marku* oc *Hallkæll* sun hans komu til uar a *Lafranz vaku* dagh oc sagdu at ændimerki þau sem standa skulu æuelagha millim *Markar* oc *Aspa* sem uer hafdum adr samt aller soman varo gengen bæde af þæirra halwu oc vare halwu a þænna haat sua fyrsta ændemerkit hæuir i stæininum er liggr vidr vestra gatu armen a *Röysi* oc sudr i knattan er liggr firer austen stighen a *Rauda Klæif* þedan oc i Klovona nidr i *Kalsmyra Gard*. samþyctum uer firir sagdum ændimerkium at þau skulu standa æuilegha

æuilegha hedan af- þui at *Arnbiorn* bonde er i þæſſe ændimerki ſamþyckti medr oſſ er vm var oc brodr til klauſterſens

hedan af oll annur ændimærki bædi þau ſem *Olauer Kalfbæitingr* gæk ok annur hedan af ecki ſtanda oc til Vitniſburdar at firerſoghd ændimerki ſkulu æuelagha ſtanda þa gerdom uer þetta bref oc cyrographum oc ſættum firer vart jnſigli' heuer *Arnbiörn* bonde annam lutan en annan ſkal liggia i Klauſtrinu. Varu i hia þæſſere ſamþyckyu oc höyrdu vilia varn oc *Arnbiarnar* bonda oc *Hallkiælſ* ſunar hanſ. Dan *Audun* Prior. Dan *Gilſ* ælæce' Dan *Bardr*. Brodr *Aſkiæll*' brodr *Arnfinnr*' Brodr *Halluardr*. *Thioſtolfuer* bonde *Aſlacſ* ſun. Abote Klærker *þorſtein* ſmidr' *Eirikr* Kertiſuein. *Halkiæll* ſmidr'. *Oluur* Bakſuæin' *Særbiorn* Klærkr oc margt annara godra manna' Actum Anno Dni M.CC.XC.V. die quo ſupra.

Sigilli Abbatis ceræ rubræ impreſſi fragmentum ſupereſt loro membraneo appenſum.

BONIFACII VIII Bulla ad Epiſcopos *Aſloenſem* & *Hamarenſem*, Abbatemqve Monaſterii *Howedey*, qva Judices delegati conſtituuntur in cauſis pecuniariis, inter Epiſcopum *Stavangrenſem*, ejusdemqve eccleſiæ canonicos, obortis.

Ex Autographo membran. Faſcic. IV. No. 9. Apograph. Chart. manu Arnæ Magnæi No. 73.

1296. die 20 Januarii.

B*ONIFACIUS* Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Venerabilibus fratribus. *Aſloenſi* & *Hamarenſi* Epiſcopis ac dilecto filio. Abbati monaſterij de *Hauawöy Aſloenſis* dyoceſis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem Conqueſti ſunt nobis dilecti filii Capitulum eccleſie Stawangrenſis quod venerabilis frater noſter *Arno* Stawangrenſis Epiſcopus ſuper quibuſdam pecuniarum ſummis terris poſſeſſionibus & rebus alijs eiſdem Capitulo in elemoſinam erogatis iniuriatur eiſdem. Ideoque diſcretioni ueſtre de utriuſque partis procuratorum aſſenſu per apoſtolica ſcripta mandamus quatinus apud Ciuitatem *Aſloenſem* partibus conuocatis audiatis cauſam

 ac

ac appellatione remota ſine debito decidatis facientes quod decre-ueritis auctoritate noſtra firmiter obſeruari. Teſtes autem qui fuerint nominati ſi ſe gratia odio uel timore ſubtraxerint per cenſuram eccleſiaſticam appellatione remota ceſſante compellatis ueritati teſtimonium perhibere, Quod ſi non omnes hiis exequendis potueritis intereſſe duo ueſtrum ea nichilominus exequantur. Datum *Rome* apud ſanctum *Petrum* XIIIJ. Kalend. Februarii Pontificatus noſtri Anno secundo,

Bulla deeſt

Olavi de Sto *Olawo* aliorumqve Rectorum eccleſiarum Civitatis Nidroſienſis litteræ ad dominum *Johannem Elg*, Canonicum Nidroſienſem a dno Papa Judicem delegatum in cauſis inter Archiepiſcopum & Capitulum Nidroſienſe, qvibus eum certiorem faciunt, ſe neſcire, qvid facere debeant in negotio excommunicationis in dnum *Paulum Biert* plebanum Eccleſiæ Sti *Petri* de *Olvisbog* denuntiandæ, ſibi ab illo dato Nidroſie 1296 die 21 Febr. cum Archiepiſcopus id ſevere interdixerit die 24 Februarii.

Ex Autographo membran. Faſcic. VI. No. 5.

1296. die 1 Martii.

Reuerendo uiro dno *Johanni* dicto *Elg* canonico Nidroſienſi a Sede apoſtolica judici delegato. *Olaws* de Sto *Olawo*. *Arno* de Sancta Cruce. *Agmundus* de Sco *Clemente*, *Erlendus* de Sancto *Andrea* *Thorias* de Sancta *Maria*. *Endridus* de Oſpitali. Auguſtinus de Sancto *Gregorio* *Petrus* de Sto *Martino* - *Thorfinnus* de Sancto *Michaele* rectoreſ eccleſiarum ciuitatiſ Nidroſienſis Salutem in domino Nouerit prudentia ueſtra noſ recepiſſe mandatum ueſtrum anno & die ut in ipſo mandato patet. in modum qui ſequitur. *Johanneſ* dictus *Elg* canonicus Nidroſienſis domini Pape Judex delegatuſ diſcretiſ uiriſ dominiſ. *Olawo* de Sancto *OLAWO*. *Arnoni* de Sancta *Cruce* *Agmundo* de Sancto *Clemente*. *Erlendo* de Sancto *Andrea*. *Thorie* de Sancta *MARIA*. *Endrido* de Oſpitali. *Auguſtino* de Sancto *Gregorio*. *Petro* de Sancto *Martino*. *Thor-*

finno

finno de Sancto *Michaele* rectoribus ecclesiarum ciuitatis Nidrosiensis Salutem in domino, Nouerit prudentia uestra nos in *Paulum* dictum *Biert* presbiterum Nidrosiensis dyocesis excommunicationis sententiam promulgasse ipsius exigente contumacia & contemptu. Quare uos primo secundo & tertio peremptorie monemus ut nichilominus sub excommunicationis pena districte precipiendo mandamus quatinus predictum Paulum denuncietis excommunicatum in ecclesiis uestris in missarum solempniis coram populo campanis pulsatis & candelis extinctis diebus singulis dominicis & festiuis donec suam purgauerit contumaciam & nostris ac ecclesie uenerit parere mandatis. Rescribentes nobis per uestras patentes litteras uestris sigillis munitas harum seriem continentes quicquid exinde duxeritis faciendum Datum Nidrosie IX. Kalendas Martii. Anno. a. natiuitate domini M.CC.XC.VIJ. Quo perlecto accessimus ad presentiam reuerendi Patris ac domini nostri *Jerundi* dei gratia Nidrosiensis Archiepiscopi suum supra hoc consilium requirentes qui nobis per suas patentes litteras in iis expresse mandauit ne predicto mandato uestro tanquam de iure nullo penitus parere deberemus quarum litterarum tenor talis est

> *Jerundus* dei gratia Archiepiscopus Nidrosiensis dilectis in xpo filiis *Olawo* de sancto *OLAWO*. *Arnoni* de sancta *Cruce*. *Agmundo* de sancto *Clemente*. *Erlendo* de sancto *Andrea Thorie* de Sancta *MARIA*. *Endrido* de Ospitali. *Augustino* de sancto *Gregorio*. Petro de sancto *Martino*. *Thorfinno* de sancto *Michaele* rectoribus ecclesiarum ciuitatis nidrosiensis Salutem in domino. Ex relatione uestra didicimus quod dominus *Johannes* dictus *Elg* Canonicus Nidrosiensis tanquam domini pape delegatus auctoritate quarundam litterarum sanctissimi patris nostri summi pontificis *BONIFACII* octaui sententiam excommunicationis uobis est comminatus nisi *Paulum* presbiterum dictum *Biert* plebanum ecclesie beati *Petri* de *Oluirshaug*, in ecclesiis uestris in missarum sollempniis coram populo campanis pulsatis & candelis accensis, ad mandatum suum denuntiaueritis esse ligatum, Verumtamen predictarum litterarum tenore diligenter inspecto

plenius

plenius intellexerimus quod per veri ſuppreſſionem & falſi ſuggeſtionem ſunt impetrate & ideo proceſſum habitum virtute penitus carere credimus robore firmitatiſ maxime cum reſcriptum contineat memoratum. quod predictuſ *Paulus Biertus*. *Johannem* ſacerdotem dictum *Ouidium* ecclesia ſua ſpoliauerit, omni juriſ ordine pretermiſſo, cum ſepedictus *Paulus* a. nobis fuerit canonice inſtitutus, & alius ſuis culpiſ exigentibus eadem merito deſtitutus, & cum memoratus *Paulus* uirtute predicte commiſſionis ſentienſ ſe indebite a. sepedicto *Johanne Elg* pregrauari ad remedium iuriſ confugienſ. ſe & bona ſua mobilia & immobilia protectioni sediſ apoſtolice subiecit Quare vobis vniuersis & singulis jn hiiſ ſcriptis demandamus ne contra ipſum in aliquo procedere attemptetis. Datum Nidroſie Anno domini M.CC.XC. Sexto. VI. Kls Martij.

Nos igitur tanquam simplices & iuriſ ignari quid in tanta perplexitate facturi ſimus neſcii prorſus effecti videntesque noſ penam aut periculum ex alterutra parte uix euitare poſſe veſtrum mandatum preſens sub spe tamen apud uos facilioris uenie tutius fore reputauimus omittendum. Quare cum ordinarii iudiciſ noſtri prohibitio. nec non. & comminata per ipſum indignatio nobis tanquam ſimplicibus & iuriſ notitiam non habentibus ad ſuperſedendum mandato ueſtro iuſtam excuſationis cauſam preſtitiſſe uideantur. Diſcretionem ueſtram humiliter supplicamus quatinus jnfecti mandati ueſtri cauſam mitius intuentes simplicitati noſtre compati parcendo uelitis. Datum anno ut supra kalend. Martij. In cuius rei teſtimonium sigilla noſtra preſentibus sunt appenſa.

Sigillum. 1. 5. 6. 7. 8. loris membraneis, læſa appendent, deſunt Sigilla, 2. 3. 4. 9.

Petri

Petri Gudlæiki filii, *Erici* legiferi, *Rydgæiri* de *Sveinsgarde*, *Hæinzii Græivii* & *Hæinzii* Sartoris Litteræ, qvibus pro Teutonicis, ob denegatas Canonicis Nidrofienfibus decimas, excommunicatis fpondent, & in fe fuscipiunt folutionem decimarum, fi ad feftum Omnium Sanctorum dictis Canonicis non fatisfactum fuerit.

Ex Apographo Chartac. manu Arnæ Magnæi No. 74.

1296. die 10 Maii.

Allum gudf vinum oc finum sendir *Petr Gudlæikfon. Eirikr* logmadr. *Rydgair* j suæinfgarde. *Hæinzi Græiwi* oc *Hæinzi* fkraddare Q. G. oc fina. Ver gerum allum monnum kunnigt at uer gangum vid þui oc iattom. at uer hofum borgat korfbrodrom at kriftzkirkiu. j. *Bergwin.* at þæir *þydefkir* menn fem bannfettir varo fyrer tiundargærd fina oc her ero nefndir j þeffu brefe *Gæiruin* oc *Jon Drotning.* j. Lepenum. *Lodwir. Arnaldr vifi. Engilbriktr, Tidman Lybik. Gæirardr Blakman. Konradr* .j. *Brattenum.* fkulu koma til *Bergwinar* þæir æda þæirra umbodff menn logleger. at allra hæilagra meffo. j. hauft vttan fullra forfalla. at luka tiund fina. nema þui at einf at þæir affake fik med loglegre oc fkynfamlegre værnd fyrer kirkiunnar domara (med) annara godra manna tillogu. En ef þeir koma æigi. eda þæirra umbodfmenn. iattom uer at luka. efter þui fem fkynfamligt þykkir kirkiunnar formonnom. koma þæir oc fialfuer æda þæirra umbodffmenn. megom mer loglega fægiazft or þeffo umbodi. var þetta bref gort. j. *Biörgwin* þorfdagen nefta fyrer Huita funnu. þa fem lidnir varo fra burd varff herra Jhefu X. M. vetra. CC. vetra XC. vetra oc VI. vetr. oc til fanz vitnifburdar fettom ver var infigli fyrer þetta bref.

ERICI Regis & *Haqvini* Ducis Noruegiæ Litteræ Confirmatoriæ datæ Sororibus Stæ *Claræ*, *Roſkildis*, ſuper bonis in *Buchthorp*, qvæ Domina *Agnes*, eorum matertera dictis ſororibus obtulerat.

Ex Autographo membran. Faſcic. LIII. No. 26.

1296. die 24 Julii.

Omnibus preſentes litteras inſpecturis *ERICUS* dei gratia Rex Norwegie, & *Haquinus* eadem gratia Dux Norwegie, ſalutem in Domino ſempiternam. Ne religioſis dominabus, ſororibus ſancte *Clare*, Roſkildis, aut earum Monaſterio, ſuper bonis in *Bucthorp* ſitis in *Syalandia*, que matertera noſtra, Domicella *Agnes*, Domini *ERICI* Regis Danorum clare memorie filia. ipſis ſororibus & earum Monaſterio, pro anime sue, suorumque progenitorum, remedio contulit & per ſcotationem aſſignauit, iure perpetuo poſſidenda, poſſit aliqua calumpnia per noſtros heredes, ſucceſſu temporis suboriri, tenore preſentium notum eſſe uolumus preſentibus & futuris, nos, omni iuri quod nobis in eiſdem bonis poſſet forſan competere, renunciaſſe perpetuo per preſentes. Gratum & Ratum habentes, quicquid eadem domicella, fecerat in premiſſis. jn cuius rei teſtimonium, preſentes litteras. sigillorum noſtrorum munimine, fecimus roborari. Datum *Bergis* in Vigilia beati *Jacobi* apoſtoli Anno Dni MCC Nonageſimo ſexto.

Sigilla deſunt.

Atteſtatio Dominorum *ERICI* Regis & *Haqwini* Ducis Norvegiæ, quod Dominus *Ericus* Dux *Langlandiæ* & domina *Sophia* eiusdem conſors approbauerint collationem bonorum in *Bukkathorp* factam ſororibus ſanctæ *Claræ Roſkildis* a Domicella *Agnete*, & quod eadem bona nunquam impetant.

Ex Autographo membr. Faſcic. LIII. No. 27. inter Danica.

1296. die 24 Julii.

Omnibus preſentes litteras, inſpecturis *ERICUS* dei gratia Rex Norwegie, & *Haqwinus* eadem gratia Dux Norwegie in domino ſalutem. Notum eſſe volumus preſentibus & futuris, nos preſen-

tes

tes fuiſſe Bergis in Clauſtro *Fratrum Minorum* in vigilia beati Jacobi Apoſtoli Anno Domini M.CC. nonageſimo sexto, Quum dominus *Ericus* conſanguineus & gener noſter, Dominus *Langland*, promiſit quantum in eo eſt, quod ipſe ſororeſ & Monaſterium sancte Clare Roſkildis in Selandia super bonis ſitis in *Buckæthorp* in *Selandia* ad dies ſuos non impetet aliqua ratione, Que quidam bona Domicella *Agnes* filia Clare memorie *ERICI* Regis Danorum illuſtris pro remedio anime ſue ſuorumque progenitorum dicto monaſterio sancte *Clare* Roſkildis contulit & per ſkotationem tradidit perpetuo poſſidenda, In Cuius rei teſtimonium sigilla noſtra preſentibus litteris duximus apponenda. Actum & datum anno, die, & loco prenotatis. Anno uero Regni noſtri XVJ.

Sigillum Regis ceræ albæ impreſſum loro membraneo appendet valde læſum. Sigillum Ducis abeſt.

Priuilegium *Erici* II. Norwegiæ Regis, datum Hamburgenſibus

E libro copialium Hamburg.

1296. die 31 Julii.

ERICUS, Dei Gratia Rex Norwegie uniuerſis Chriſti fidelibus preſentia viſuris vel audituris, Salutem & omne bonum. Cum burgenſes de Hamborch ad meliorandam terram noſtram cum mercaturis eorum regnum noſtrum hactenus frequentare conſueuerunt, & incolas noſtros in diſtrictibus eorum dicti burgenſes de Hamborch promouerunt in eorum negotiis & agendis. Volentes ob inde facere gratiam ſpecialem videlicet quod dicti burgenſes exempti ſint a laboribus faciendis circa extractionem alicuius nauis, quod vulgo Schipdracht nuncupatur. Conferimus etiam quod ſi aliquis pro crimine ſuo educitur, ad mortis ſupplicium predicti burgenſes minime ſequentur eundem. Item conferimus predictis burgenſibus per totum regnum noſtrum naues ſuas ad pontes apponere & deponere ſine exceſſu quolibet vel emenda. Item conferimus predictis de Hamborch, quod licite poſſint res ſuas per noſtrum

noſtrum regnum in nauibus ſuis vendere & emere quantumcunque voluerint, quascunque res in nauibus alienis. Item hanc libertatem, conferimus eisdem, qui veniunt ad regnum noſtrum cum ſuis nauibus & rebus exſpectabunt noſtrum nuntium per duos dies & non ultra, qui ſi aliqua ab ipſis emerit, perſolvet hec infra quatuordecim dies continuos, ſicut res ſuas alias vendiderunt. Item ſi quispiam de familia noſtra ab ipſis burgenſibus res aliquas emerit ad proprios uſus ſuos, illas emet de voluntate venditoris ſine coactione qualibet. Et cum venditor pro rebus venditis petit pretium dabit illud idem infra octo dies computandos a tempore monitionis. Quod ſi non fecerit ex tunc venditor ſignificabit hoc iudici, qui compellet emptorem vt in continenti pignus det Venditori, pro rebus emptis illud redimere debet, quod ſi non fecerit, tunc venditor ſignificabit ei preſentibus probis viris, quo facto recedere debet, quod ſi non fecerit tunc venditor ſignificabit ei preſentibus probis viris quo facto recedere poteſt is ſine exceſſu & deferre ſuum pignus illud. Item ſi aliqua nauis ipſorum de Hamborch ad regnum noſtrum pervenerit portans grave pondus, illa dabit pro theoloneo talentum farine, quo facto emet ligna & quascunque res alias & deducat ubicunque ſibi viſum fuerit expedire.

Item ſi nauis aliquorum dictorum burgenſium venerit in captura allecis illa dabit pro theoloneo de qualibet laſta tres denarios ſterlingorum, & hy qui in eadem fuerint naui licite ſecare poterunt cremabilia & alia ligna ad naues ſuas ſpectantia quibus indiguerint ſine vara. Item donamus predictis de Hamborch ſi nauis eorum aliqua ad regnum noſtrum hiemali tempore venerit illa manere poterit per totam hiemem ſine decima aliqua vel exactione. Sed tantummodo talentum farine ratione theolonii dabitur pro eadem. Item omnes Iudices & officiales promouebunt predictos burgenſes de Hamborch in eorum negotiis omnibus, tametſi incolas regni noſtri. Item ſi burgenſis aliquis de Hamborch citatus fuerit ad iudicium quod Taiſs dicitur, expurgabit ſe de omni cauſa per duos viros iure ſuo non privatos, ſiue fuerint teutonici ſive normanni. Item ſi aliquis de Hamborch fuerit in ſuis negotiis vel laboribus ante pulſationem campane celebratam, in labori-

laboribus suis vel negotiis inceptis perdurare poterit absque delicto. Si vero expletis laboribus huiusmodi vel negotiis excercuerit tenebitur ad penam unius hore. Item si nauis aliqua de Hamborch in regnum nostrum peruenerit, quascunque res apportaverit, dabit pro theolonio talentum farine. Quo facto hy qui in eadem naui fuerint, lignis & quibuscunque rebus aliis onerare licite poterunt nauem suam. Item si dicti burgenses de Hamborch in regno naufragium patiantur, licite tunc sine aliquo impedimento saluare res suas quas de mari suis laboribus extraxerint. Et si in tali necessitate aliquos vocauerint adiutores illis dabunt pro pondere cuiuslibet laste labore eorundem saluate sex oras noriçanas. Ut autem hec predicta prefatis burgensibus de Hamborch in nostro Dominio inuiolabiliter in perpetuum obseruentur, presentem paginam duximus Sigilli nostri munimine roborandam. Huius autem rei testes sunt frater noster dilectus Dnus: Hacquinus dux Norwegie. Ericus filius Dni: Erici Ducis Iucie. Bernardus noster Cancellarius. Iohannes filius Yneri. Balwardus Bock, Detleuus de Bockwolde, Helericus de Sigersdorpp milites & alii quamplures fide digni. Datum Berge Anno Domini Millesimo ducentesimo nonagesimo sexto pridie Kalendas Augusti Anno vero regni nostri Decimo septimo.

Arnbiörni Gyrdi filii & *Ingridæ Thorsteini* filiæ Litteræ, qvibus *Erico* Abbati de *Munkalife*, VIII manada matabol, prædii *Ospusæter* pro XI Marchis argenti currentis vendunt, tali conditione, ut sibi integrum sit qvandocunqve voluerint, dictum fundum propria pecunia minime vero mutuo accepta, reluere.

Ex Codice Diplomatico Munkalifensi membran.

1296. die 8 Augusti.

Ollum þeim monnom sem þetta bref sia edhr höyra sendir *Asbiörn Gyrdisson* oc *Ingrid Þorsteinsdotter* Q. G. oc sina vith gerom idhr kunnykt at uith seldom herra *Eirike* Abota at *Munkaliue* iordh okra þa er *Ospofater* heitir sua mikit sem vith attom þar

vth i VIIJ manada mata bol . . . huart manada mata boll firer halfa XI mork gangs ſylfers- gengo þa . . . merker firer mork brenda ſcal han eigha forſægda iordh oc landſkyld aftaka· med ollum þeim lutom oc lunnendom ſem þar liggia til oc bættra þykker at hafa enn at miſſa. En þegar gudh gifuir okr ſua fæ ok pæninga at eighu en eighi at lane at uith mæghom after at löyſa þeſſa iord. þa ſculo vith luka herra Abota iafn margha aura edha þat ſem þa uyrdhiſt iamgot þui likom aurom ſem uith tokom af honom. ſculo uith oc honom firer iordhu ſeghia firer nottena helghu varo þeſſer menn vattar hia þeſſo kaupi. *kolbein* bonde at *Munkalife þorgils Blanda Eirikr* ſon hans· *þoralder Smider. Jon Suartr* oc mart annara godra manna. oc till ſanz vitniſburdhar. at þetta uar okart beggia kaupp oc iakquædi firer Herra Abota þa fengom vith honom þetta bref inſiglat med okrom· inciglum. var þetta bref gort a Lafranz voku aftan Anno dni M.CC.XC. ſexto

BONIFACII VIII. Bulla, qva Epiſcopi *Aſloenſis* & *Hamarenſis*, Abbasqve Monaſterii *Howedey* Judices in cauſis inter *Arnonem* Epiſcopum *Stavangrenſem* & *Ingemundum* de *Skaganom*, delegantur.

Ex Transſumto membran. Faſcic. XXVII. No. 9.

1296. die 11 Novembris.

BONIFACIUS epiſcopus seruus seruorum dei, venerabilibus fratribus, *Aſloenſi* & *Hamarenſi* epiſcopis, ac dilecto filio, abbati Monaſterij de *Hawdöy· Aſloenſis* diocesis, Salutem & Apoſtolicam benedictionem, Sua nobis dilectus filius *Ingimundus* dictus de *Skaganom*, canonicus eccleſie *Stawangrenſis* petitione monſtrauit, quod venerabilis frater noſter, *Arno Stawangrenſis* epiſcopus, minus veraciter aſſerens, quod dictus *Ingemundus* se negocijs ſecularibus immiſcebat, & quod nonnullos exceſſus enormes commiſerat, que in dicte eccleſie *Stawangrenſis* preiudicium, & ordinis clericalis opprobrium, redundabant, & quod de hiis erat eciam publice diſſamatus. ad inquirendum super hoc contra ipſum, ordinaria

dinaria auctoritate descendit, & tandem in huiusmodi negocio inquisitionis procedens, dictum *Ingemundum*, occasione predicta, officio & beneficio per diffinitiuam sentenciam priuauit iniquam. Propter quod idem *Ingemundus* ad sedem Apostolicam appellauit. Quocirca discretioni vestre, de vtriusque partis procuratorum assensu, per apostolica scripta mandamus, quatinus in appellationis causa, apud Ciuitatem *Asloensem* legitime procedentes, sententiam ipsam confirmare, uel infirmare, appellatione remota, curetis, sicut de jure fuerit faciendum, Quod si non omnes hijs exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Datum *Rome* apud sanctum Petrum, IIJ jdus Nouembris, Pontificatus nostri anno secundo.

BONIFACII VIII Bulla, qva Episcopi Asloensis & Hamarensis cum Abbate monasterii de *Hovedey* Judices in causis inter *Arnonem* Episcopum Stavangrensem & Canonicos ejusdem ecclesiæ obortis, delegantur.

Ex Transsumto membr. Fascic. XXVII. No. 9.

1296. die 11 Novembris.

B*ONIFACIUS* episcopus seruus seruorum dei, Venerabilibus fratribus, Asloensi & Hamarensi Episcopis, ac dilecto filio Abbati monasterij de *Hawdöy Asloensis* diocesis, salutem & Apostolicam benedictionem, Conquesti sunt nobis Capitulum Stawangrensis ecclesie, quod venerabilis frater noster, *Arno* Stawangrensis episcopus super quibusdam decimis, & rebus alijs injuriatur eisdem, jdeoque discretioni vestre, de vtriusque partis procuratorum assensu per apostolica scripta mandamus quatinus apud Ciuitatem *Asloensem* partibus conuocatis audiatis causam, & appellatione remota, fine debito decidatis, facientes quod decreueritis, auctoritate nostra firmiter obseruari, Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio, uel timore subtraxerint per censuram ecclesiasticam appellatione cessante, cogatis veritati testimonium perhibere. Quod

Quod si non omnes hijs exequendis potueritis interesse, duo uestrum ea nichilo minus exequantur, Datum Rome apud Sanctum Petrum IIJ ydus Nouembris Pontificatus nostri anno secundo.

Mariæ Comitissæ de *Ingniaci* Litteræ procuratoriæ datæ Magistro *Johanni* de *Forestis* Clerico, & sociis, Ablegatis Regis Franciæ ad Regem *Norvegiæ*, ad tractandum super Matrimonio *Ysabellæ* filiæ suæ ineundo cum *Haquino* Duce Norvegiæ, dotalitiisqve ab eodem illi conferendis.

Ex Apograph. Chart. No. 75.

1296. die 18 Novembris.

Universis præsentes litteras inspecturis *Maria* Comitissa *Ingniaci* salutem. Nouerit Uniuersitas uestra, quod nos Magistro *Johanni* de *Forestis* Clerico ac *Petro* de *Canaberiis*, & *Johanni* dicto *Foynon* Militibus, nuntiis excellentissimi Principis Domini Nostri *PHILIPPI* Dei gratia Francorum Regis illustris, & eidem Clerico una cum altero dictorum militum in solidum præsentium committimus quod ipsi tractent, conueniant & concordent de sponsalibus & matrimonio inter nobilem virum *Hotuinum* Ducem Norwegiæ germanum incliti Principis Domini. E. Norwegiæ Regis illustris & *Ysabellam* filiam nostram contrahendis tractatus & conuentiones huiusmodi perficere, firmare & quauis firmitate vallare valeant, ac promittere, stipulari dotem, & acceptare pro ipsa filia nostra dotalicium seu donationem propter nuptias & omnia alia & singula facere, qvæ circa præmissa fuerint opportuna. Actum *Parsius* in octauo festi Sancti Martini hiemalis Anno Domini M.CC.XCVI.

Haconis

proxima die iuridica poſt dominicam ſanƈte Trinitatis proximam per ſe uel per reſponſalem ydoneum in epiſcopali conſiſtorio *Asloie* compareat coram nobis. prediƈto Stawangrenſi. capitulo. uel eiuſ procuratori legittimo. ſuper cauſis huiuſmodi ſecundum iuſticiam reſponſurus. Si uero diƈtus epiſcopus ad ſe citandum voſ forte non duxerit preſentialiter admittendos. mandamuſ ut preſenteſ litteras. faciatis in eccleſia cathedrali Stawangrenſi legi publice. ipſum epiſcopum citetis ibidem ut premittitur. notificanteſ ej quod ſiue uenerit ſiue non. vos nichilominus in prefixo termino quantum de iure fuerit procedemus. ipſiuſ contumacia non abſtante. Moneatiſ inſuper ipſum dominum Stawangrenſem epiſcopum. & Capitulum. primo. ſecundo. & tertio auƈtoritate prefata ex parte noſtra diſtriƈtius inhibentes. quod lite pendente coram nobis ſuper cauſis huiuſmodi quiſquam eorum per ſe uel per alium occaſione prediƈtarum cauſarum preſumat alteri vim inferre. quod ſi diƈtuſ dominuſ epiſcopus contrarium fecerit ipſi epiſcopo ingreſſum eccleſie interdicimus per preſentes. Capitulum vero ſi contrarium fecerit incurrat interdiƈti ſentenciam ipſo faƈto. sed contra quemcunque alium ſuper premiſſis contrarium facientem. excommunicationiſ ſententiam proferimuſ in hiiſ ſcriptis. Mandamus uobis etiam auƈtoritate prediƈta, quatinus. exceptiſ epiſcopo & Capitulo ſupradiƈtiſ, omnes alioſ & ſinguloſ publice denuncietiſ excommunicatoſ. in lociſ quibus uideritiſ expedire quoſ notorium eſt contra prohibitionem noſtram priorem quo ad premiſſa publice deliquiſſe. preterea mandamus eadem auƈtoritate ut diƈtum dominum epiſcopum ſecundum modum ſupra ſcriptum citetiſ. ut eiſdem loco & termino Reſpondeat ſuper cauſa, quam habet contra eum dominus *Ingemunduſ* canonicuſ Stawangrenſis. monicioneſ. prohibicioneſ. & denunciationes. in quantum permittit natura negotii ſui conſimiles facientes. Cum ſupradiƈta omnia citando, monendo, & denunciando rite feceritis. nobiſ preſenteſ litteras. Sigilliſ ueſtriſ appoſitis eiſdem. vnacum ſigilliſ aliquorum teſtium preſencium si ſigilla habuerint remittatiſ. & quid & qualiter per uoſ de prediƈtiſ aƈtum fuerit per patenteſ ueſtras litteras. annexas preſentibuſ integraliter reſcribatis. In premiſſorum autem

teſtimo-

teſtimonium & pleniorem euidenciam. sigilla noſtra preſentibuſ sunt appenſa. Actum apud ciuitatem *Asloenſem*. In epiſcopali conſiſtorio ibidem Anno domini milleſimo, Ducenteſimo Nonageſimo Octauo Kalendis Maij undecimo. proxima ſecunda feria videlicet ante feſtum beati Georgij martiris.

Sigilli 1 & 3 fragmenta ſuperſunt.

Arnberni de *Thiorom*, *Wilhelmi* de *Hylu* & *Erici* de *Gond* Eccleſiarum Rectorum Monitio ad *Arnonem*, Epiſcopum & Capitulum eccleſiæ Stavangrenſis, ut die proxima iuridica poſt Dominicam Trinitatis in Conſiſtorio Epiſcopali *Aſloæ* compareant ad reſpondendum de cauſis inter eos ſubortis.

Ex Autograph. membran. Faſcic. XXVIII. No. 2.

1298. die 7 Maii.

Harum siquidem auctoritate litterarum ut in preſenti coram uobis Reuerende pater Dne *Arno* dei gratia Stawangrenſis epiſcope perlectarum nos *Anbernus* de *Thiorom*. *Willelmus* de *Hylu*. & *Ericus* de *Gond* preſbiteri & eccleſiarum rectores in predictis litteris nominati, citamus uos peremptorie quatinus proxima die iuridica poſt dominicam ſte Trinitatis proxime- per uos uel per Reſponſalem ydoneum comparetis *Aſlöye* in epiſcopali conſiſtorio Stawangrenſi Capitulo uel eius procuratori legitimo ſuper cauſis. quas habent contra uos ſecundum iuſtitiam reſponſurus- Notificamus vobis inſuper auctoritate eadem quod siue uenerítis siue non- in termino prefixo- predicti dni judices. a. ſede Apoſtolica dati- procedent nichilominus quantum de iure fuerit- contumacia ueſtra non obſtante- monemus & uos predicte pater & domine auctoritate prefata- qua supra- primo- ſecundo & tercio- diſtrictius inhibentes- & Capitulum similiter Stawangrenſe quod lite pendente coram predictis iudicibus ſuper cauſis huiuſmodi quaſcunque ueſtrum per ſe uel per alium occaſione predictarum veſtrarum preſu-

presumat alteri vim inferre- quod si uos prefate pater & domine contrarium feceritis uobis ingressum Ecclesie prefati judicis per presentes interdicunt. Capitulum uero si contrarium fecerit incurrit interdicti sententiam ipso facto- sed contra quemcunque alium super premissis contrarium facientem excommunicationis sententia est prolata- Citamus & uos secundum modum supra scriptum ut eisdem loco & termino respondeatis super causa quam habet contra uos dominus *Ingemundus* Canonicus Stawangrensis- monentes uos ut premittitur & dominum *Ingemundum* quod neuter uestrum per se uel per alium occasione predicte cause presumat alteri vim inferre- quod si uos reuerende pater & domine contrarium feceritis- noueritis uobis eo ipso ingressum ecclesie per predictos judices interdictum „ si uero *Ingemundus* contrarium egerit- incurrit interdicti sententiam ipso facto- sed contra quemcunque alium ut predictum est super premissis contrarium facientem excommunicationis sententia per predictos iudices est prolata- Et ut predictum mandatum predictorum patrum - dominorum & iudicum simus sicut tenemur ueraciter & plenarie executi presentem processus nostri formam siue modum quam presentibus litteris sub sigillis nostris vnacum sigillis *Bardonis Brænte Silfuer* & *Þorgilli Auklendis* duximus communiendam. Actum *Stawangrie* in episcopali consistorio ibidem nonas Mayij- anno Domini- Millesimo-ducentesimo- nonagesimo octauo- hijs testibus presentibus predictis *Bardone* & *Thorgillo* ac *Gudormo* Clerico nepote domini *Bassonis* ad hoc specialiter uocatis & rogatis & alijs pluribus fide dignis

Sigilla, quæ loris membraneis, appenderant, desunt.

Audeni & *Bardonis Viglæiki* filiorum, & *Alfonis* de *Kroke* ad *Bernonem* de *Biarkey* & Incolas *Sunmariæ* Litteræ, qvibus teſtantur ſe vidiſſe Librum Communitati fratrum Nidroſienſis Capituli pertinentem, compoſitum auctoritate *Sigurdi* Archiepiſcopi 1244. Cui omnes fundi, omniaqve bona non modo communis eorundem menſæ ſed & unius cujusqve Canonici proventus adſcripti erant; & cujus Exemplar autographum nunqvam ciſtæ Canonicorum communi auferretur, niſi nova inſcribenda eſſent bona; apographum vero qvotidiano inſerviret uſui. Secundum vero utrumqve ad Capellam Sti *Hallvardi* ab *Johanne Ælgo* Canonico poſſeſſam pertinuiſſe prædia *Æinſtapaſætre Alrekſſkoge* & *Valſſiord.*

Ex Autographo membr. Faſcic. VI. No. 8. Apograph. Chartac. No. 90.

1298. die 7 Maii.

Herra *Biarna.* j *Biarkor. öy*, ok allum adrum guds vinum ok sinum a *Sunmöre*,, þæim ſem þetta bref ſea æda hoyra ſænda,, *Audun*, ok *Bardr Viglæigs*, Syner, ok *Alfer* j *Kroke*. Q. G. ok ſina,, Ver uilium at þer vitid, at æfter bönarſtad ſira *Jons Ælgs*,, ſaam ver ok iſerlaſom,, ſkipan virdulegs herra *Siugurdar* Ærkebiſkopſ. ok þeirra Korſbrodra er þa voro at ſtadenom. A. Communſbok korſbrödra hæila ok oſkafna med ſonno lætri er ſua vattar,, Anno domini. M.CC.XL.IIIJ vm daga *Siugurdar* Ærkibiſkops,, þa var þæſſor landſkyldar Skra gor,, æfter rade herra Ærkebiſkops. ok þeirra korſbrödra er þa voro at ſtadenom,, ok var þa ranſakat æfter um allar æignir þær sem þa lago til prouendanna. At huer prouenda hæfdi ſinar æigner,, þær er hun ætti med retto at hafa,, bæde at lut ok læiguburd ok uoro þa ſaman fördar allar land ſkyldar ſkrar huers brodors,, Samdezſt þat allum bæde Ærkibiſkope ok brödrom at æfter þi ſkyldi huer prouenda fylgia æignum ſinum. Sem her være a ſkratt,, þo at adr hefde nockot tuimæle veret millim sumra prouenda um nokkorar æigner, ok huer broder ſkyldi ſer gera sina landſkylda skra. æfter þi sem her være a ritat,, þat var ok þa mælt,, at þæſſor skra ſkildi iamnan vera. j. Communs kiſtu brödra, ok ækki uppi fara, nema nockor æign köme til æinhuerrar prouendo. æda nockot æigna

æigna ſkipti verde gort med rade herra ærkibiſkops, æda brödra, þa ſkal þat her a ſkra ok þægar boken after. j. hyrdzſlo fara „ en adra bok ſkal gera æfter þæſſare „ ok ſkal þa hafa huerſ daglæga uppi þægar brödr þyckiazſt þyrfa hafa„ en þæſſ a millim ſe hon ok. j. Kommunſ kiſtu, þat ok alt ſem brödrom þycker mcſto um varda. þa ſkal a þeſſare bok ſkrasætia ok ſkal þat alt at iamnfullu halldazſt ſæm þat ſe med brefum æda inſiglum bunded, þuiat þat eitt ſkal her a ſkra er med allra brödra ſamþykt uerdr gort ok þæſſ Ærkibiſkops ſem þa er, Ver ſaam ok .j. þæirri ſamre bok at til *Halvardsſtuku* prouendo er nu a ſira *Jon Ælgr* liggia þæſſar æignir. Af *Æinſtapaſatre*· IJ· manadar mate. smör, a *Alreſkogom*· IJ. manada mate smör, a *Valſfirde*: IJ· manada mate ſmör. Ver hoyrdom ok ord *Gydu* huſpröyiu. er *Martain Ærlingſſon* atte. at *Martain* köypti þæſſar æignir nordr j *Nidaroſe*. Ok at þetta mæge ængi miſtrua at ſua ſaam ver ritad. ok ſua talade *Gyda* firer oſſ ſem her vattar„ ſættom uer til vitnisburdar. her firer vaar inſigli. Var þetta bref gort j *Nidaroſe* ·IJ· Nattom firer *Gregoriuſmöſſo.* „ þa er lidnir voro fra burd vars herra ihu. xpi. M. vættra .CC. XC vættra. ok. VIIJ. væter

Sigillum 1 & 2 ceræ viridi impreſſa loris membraneis appendent.

Auberni de *Thiorum*, *Willelmi* de *Hylu* & *Erici* de *Gond* Eccleſiarum Rectorum Litteræ ad *Ewindum* Epiſcopum Aſloenſem ſociosqve judices, qvibus eos certiores faciunt, ſe ex mandato proceſſiſſe contra hos, qvi vim intulerant Capitulo Stavangrenſi, & inqviſitione facta inveniſſe, Dominum *Ericum Gæſter* Preſbiterum juſſu *Arnonis* Epiſcopi Stavangrenſis decimam fabricæ eccleſiaſticæ ad Capitulum pertinentem octo marcarum percepiſſe; ſanciviſſe uero excommunicatione, ne id ulteriu, fieret. Qværunt deniqve modum agendi contra *Suenonem* ſacerdotem, quem Eccleſiæ de *Haland* ad Capitulum pertinenti, præter ejusdem ſcitum, Epiſcopus præfecerat.

Ex Autograph. membran. Faſcic. XXIIX. No. 10. Apograph. Chartac. manu Arnæ Magnæi No. 91.

1298. die 12 Maii.

Reverendo in xpo Patri Dominiſ *Euindo* permisſione Diuina Epiſcopo

Epiſcopo *Aſloenſi* ac Religioſo viro fratri *Halloni* Abbati de *Høwudoy*, iudicibus a ſede Apoſtolica delegatis necnon & diſcreto viro *Gerlako* Canonico Aſloenſi eadem auctoritate iudici ſubdelegato *Aubernus* de *Thiorom* *Willelmus* de *Hylu* & *Ericus* de *Gond*, Eccleſiarum rectores. Salutem in Domino Ihu xpo, iuxta mandati veſtri formam, proceſſimus ad inquirendum contra hos, qui vim intulerant Capitulo Stawangrenſi contra prohibitionem contentam in literis veſtriſ citatoriiſ ſecundis poſt publicationem earundem literarum factam in ciuitate Stawangrenſi ſuper boniſ Capituli memorati, ut per noſ ad mandatum veſtrum publice denunciarentur excommunicati illi quos notorium eſſet contra prohibitionem veſtram publice deliquiſſe, inquiſitione siquidem ſolempni facta per nos inueniebamus ex plurium fidedignorum exhibitione iuramenti parochianorum Eccleſie beate *MARIE* Uirginis ciuitatis predicte, quod Dominus *Ericus* *Gæſter* preſbiter receperat ad mandatum Domini noſtri *Arnoniſ* Epiſcopi Stawangrenſis eam partem decime preſbiterii, quam partem decime pertinentis ad fabricam Eccleſie prelibate circa octo marchas in pecunia numerata ſpectantis ad Capitulum ſupradictum poſt publicationem citationis veſtre, ac prohibitionem factam a nobis earundem auctoritate literarum. a. predictis parochianiſ prefatam decimam ita diſtricte exigens, quod niſi ſibi ſoluerent eandem omnes in feſto paſche communione corporis xpi penitus carere debuiſſent, ac etiam quoſdam de prefatis parochianis occaſione predicta carere fecit perceptione corporis xpi uſque ad quartum diem Paſche, quia predictam decimam ſibi ſoluere noluerunt, et in predicto quarto die paſche dictus ſacerdos miniſtrauit eiſ dominici corporis sacramentum, tamen primitus dicto ſacerdote a prefatiſ parochianis dicta decima ad voluntatem ſuam integraliter perſoluta, verum quia prefatus preſbiter preſens non erat Stawangrie, quando ſepefati parochiani exhibuerunt ſe coram nobis ad perhibendum teſtimonium ſuper premiſſis contra ipſum illorum teſtimonium, recipere diſtulimus, ac de denunciacione ipſius nichil fecimus ob hanc cauſam, Item ſignificamus vobis, quod dominus Epiſcopus inſtituit ad eccleſiam de *Haland*, que ſpectat ad Capitulum memoratum,

ratum, quendam sacerdotem dictum *Suenonem* ordinando ipſum in prefata eccleſia tanquam vicarium Capituli, & fecit eidem aſſignari dimidium predium eccleſie de *Haland.* quod tamen ipſi Capitulum longe prius locauerant ante receſſum ſuum ad *Alslöyam* cuidam ruſtico, & inſtitutionem primariam & vicariam perpetuam, quas ipſi antedicti Epiſcopus & Capitulum ordinauerant in prefata eccleſia cum Domino *Thordone* preſbitero de *Soma*, & literis ſuiſ, uirorumque ſigillis appoſitis confirmarunt, ſolus idem Epiſcopus post receſſum ipſorum abſque prefati Capituli *) ſitu retractauit, occaſione cuius dominus *Ketillus* Canonicus Stawangrenſis dixit per Dominum Epiſcopum ac Sacerdotem prefatos vim illatam fuiſſe Capitulo ſupradicto, quare petiuit a nobis idem *Ketillus* inſtanter, quod prefatum ſacerdotem publice denunciaremus excommunicatum, unde quia de iure eſitauimus, quid rationabiliter eſſet faciendum, in premiſſis ad huc nobiſcum deliberauerimus ſuperſedere de denunciatione predicti ſacerdotiſ facienda, quo uſque voſ ſuper pretactis literis veſtris iterato nos redderetis certiores, Idcirco dominationi veſtre humiliter per preſentes ſupplicamus quatinus hac vice circa premiſſa quoad denunciationem predictorum ſacerdotum nos excuſatos habeatis. In ſignum uero eiuſdem, quare premiſſa adimplere diſtulimus, preſentes literas cum ſigillis noſtriſ appenſis vobis duximus tranſmittendas. actum Stawangrie jn feſto ſanctorum *Nerei* & *Achillei*, Anno Domini M. CC. XC. octavo.

*) Scitu *leg.*

Ewindi Asloensis, *Thorstani* Hamarensis, Episcoporum, & Fratris Hallonis monasterii de *Howdöy* Abbatis Sententia interlocutoria, qva Arnonem Episcopum Stavangrensem contumaciæ reum XV Marcas denariorum usualis monetæ Capitulo pro expensis occasione istius c ntumaciæ soluere jubent; Capitulum vero mittendum esse in pos sessionem causa rei servandæ qvorundum agrorum juxta ecclesiam Sti *OLAVI* Civitatis Stavangrensis, ut & trunci apud Majus altare positi in ecclesia cathedrali, nec non in possessionem prædiorum *Horn*, *Rossavik*, *Miolbus* & *Orwstader*.

Ex Autographo membran. Fascic. XXVIII. No. 8. Apograph. Chartac. manu Arnæ Magnæi No. 88.

1298. die 13 Junii.

In nomine Domini Amen. Nos *Ewindus* Asloensis, *Thorstanus* Hamarensis permissione diuina Episcopi. & frater *Hallo* Abbas monasterii de *Howdöy* judices a sede Apostolica delegati in causis quas Capitulum *Stawangrensis* ecclesie habet contra Dominum suum *Arnonem* Episcopum Stawangrensem. Notum facimus uniuersis presentes litteras visuris vel etiam audituris, quod cum dictus Episcopus tertio fuisset ad instantiam memorati Capituli ex parte nostra citatus peremptorie, ut coram nobis compareret, eidem capitulo super causis huiusmodi secundum iustitiam responsurus, & idem Episcopus in termino constituto se coram nobis minime presentauit, nec aliquem misit Responsalem legittimum per plures dies post terminum peremptorium expectatus legitimo procuratore dicti capituli in ipso termino comparente, ac instanter prefati Domini Episcopi contumaciam accusante prout per documenta legitima super hiis confecta plenius edocetur. jdcirco nos exigente justitia interloquendo sepefactum Dominum *Arnonem* Stawangrensem Episcopum pronunciamus contumacem, & ne de sua videatur inobedientia commodum reportare, memoratum Episcopum Stawangrensem in quindecim marcis denariorum usualis monete pro expensis ex parte dicti capituli, occasione istius contumacie iam tertia vice factis, taxatione premissa & a procuratore Capituli postmodum iuramento prestito, eidem Stawangrensi Capitulo, condempnamus. Dictumque capitulum auctoritate, qua fungi-

fungimur in hac parte, decernimus fore mittendum in possessionem causa rei seruande quorundam agrorum iuxta Ecclesiam beati *OLAVI* ciuitatis *Stawangrensis* sitorum, quos ab ipso Episcopo pe:it memoratum capitulum, sicut ex forma petitionis oblate super hoc, colligitur euidenter, Item consimili modo in possessionem trunci apud maius altare positi in Ecclesia Cathedrali, Item in possessionem predii *Horn*, quod reliquit *Arnbernus* Abbas de *Utstein*, Item in possessionem predii de *Rossawik* quod reliquit Dominus *Olaus* de *Foss*. Item in possessionem prediorum *Miolhus* & *Ormstader*, que reliquit *Arnbernus* de *Heimpnesi*, Decernimus fore mittendum pro rata legati Capitulum memoratum modo consimili, prout supra, ita videlicet, quod medietas fructuum cedat Capitulo, de prediis relictis ecclesie per talem modum, quod per episcopum & capitulum anniuersarium sit tenendum In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus litteris duximus apponenda, Actum & datum in Consistorio Episcopali *Asloye*. Nobis in tribunali sedentibus. Anno Domini M.CC. Nongesimo octavo, proxima Sexta feria ante festum beati *Botulphi* Abbatis.

Ewindi Asloensis sociorumqve Judicum Sententia, qva Appellationem *Arnonis* Episcopi Stavangrensis, ad Curiam Romanam, per procuratores *Salomonem* & *Thorbergum* interpositam, frivolam esse decernunt.

Ex Autographo membran. Fascic. XXVIII. No. 7. Apograph. Char. manu Arn. Magnæi No. 89.

1298. die 13 Junii.

Sanctissimo in xpo patri & Domino. Sacrosancte Romane Ecclesie summo pontifici. *Ewindus* Asloensis & *Thorstanus* Hamarensis permissione diuina Episcopi, nec non & frater *Hallo*, dictus Abbas Monasterii de *Howdöy* Asloensis Diocesis deuota pedum oscula beatorum, Sanctitati vestre notum facimus per presentes, Nos quatuor rescripta, quorum tenores immediate subsecuntur a sede

ſede Apoſtolica recepiſſe. Erat primi reſcripti tenor talis, *BONIFACIUS* Eps. [vid. pag.] Erat autem ſecundi reſcripti Apoſtolici tenor talis *BONIFACIUS* Eps. [vid pag.] Tertii vero reſcripti Apoſtolici erat tenor talis *BONIFACIUS* Eps. [vid. pag.] Erat inſuper quarti reſcripti Apoſtolici tenor talis *BONIFACIUS* Eps. [vid. infra] Ad executionem igitur mandati apoſtolici ſinceram habentes affectionem, ut tenemur, partes ad noſtram preſentiam legittime fecimus euocari. Comparentes autem in iudicio procurator legittimus ex parte Stawangrenſis Capituli, & *Ingemundus* Stawangrenſis Canonicus pro ſe ipſo in quocunque termino peremptorio, cum prefatus Stawangrenſis Epiſcopus primo & ſecundo citatus peremptorie non comparuiſſet perſonaliter, nec reſponſalem ydoneum vel excuſatorem aliquem mittere curauiſſet, ad plures dies poſt ultimum peremptorium exſpectatus, contumaciam eiuſdem Stawangrenſis Epiſcopi multipliciter accuſabant, unde nos exigente iuſtitia dictum Epiſcopum in expenſis factis occaſione huiuſmodi contumacie condempnantes, quaſdem interlocutorias tulimus contra eum, Nichilominus ut deferremus dignitati & perſone, memoratum Epiſcopum ex ſuperhabundanti tertio citare curauimus peremptorie, ut per ſe vel reſponſalem ydoneum in prefixo termino compareret coram nobis, Capitulo & *Ingimundo* prelibatis, ſecundum iuſtitiam reſponſurus, pendente itaque dilatione ſuper citatione peremptoria tertio facienda, cum nos Aſloenſis Epiſcopus eſſemus abſentes, & partis alterius procurator, *Salomon* & *Thorbergus*, qui ſe dicebant procuratores Stawangrenſis Epiſcopi ad Aſloenſem venientes ciuitatem, diuqve moram facientes, ibidem poſt elapſum decendium. ab interlocutoriis antedictis, in preſentia fratris *Aſmundi* Prioris predicatorum ibidem, & fratris *Ivari* Vicegardiani domus fratrum minorum ciuitatis eiuſdem legebat, prout dicitur quandam appellationem ſub hac forma: In nomine Domini Amen. Cum nos *Salomon* & *Thorbergus*, Reuerendi patris & Domini *Arnonis* miſeratione diuina Epiſcopi Stawangrenſis procuratores, ventorum & aerum aduerſitatibus impediti, licet viam ſatis arripuerimus tempeſtiue ad terminum venire nequiuimus, predicto domino noſtro prefixum per venerabiles Dominos

Dominos Epiſcopum Aſloenſem & Abbatem de *Howdöy* judices, ut dicitur, a ſede apoſtolica delegatos, nec non & dominum *Gerlacum* Canonicum Aſloenſem a Venerabili domino Epiſcopo Hamarenſi ſubdelegato in cauſis, que vertuntur, vel verti ſperantur inter Dominum noſtrum Epiſcopum ex parte una, & Capitulum Stawangrenſe ex alia, nec non & dominum *Ingimundum* quondam Canonicum Stawangrenſem per prefatos tamen iudices, ut dicitur, delegatos, quorundam relatione ad inſtantiam partis aduerſe contra Dominum noſtrum memoratum per quaſdam interlocu torias intelleximus proceſſiſſe. Nos vero procuratores nominati paucis diebus a termino elapſis, cum ad ciuitatem veniremus Aſloenſem, parteque aduerſa ibidem tunc preſente, dictorum iudicum, ut dicitur, delegatorum copiam cum inſtantia petiuimus & noſtra procuratoria, excuſationes allegationes & petitiones in forma iuris audiri. Item petiuimus nobis dari copiam proceſſus per ipſos ut dicitur habiti, Item formam preſentiam literarum & ipſorum corpora reſcriptorum, Item petitionem & procuratoria partis aduerſe, & omnia & ſingula, in quibus proceſſum fuerat per eoſdem. Optulimus etiam nos nomine procuratorio ex parte dicti Domini noſtri Epiſcopi ad reſpondendum petionibus partis aduerſe, pro ut de iure fuerit reſpondendum. Innotuimus etiam prefatis iudicibus, ut dicitur, delegatis ſingulariter & ſeparatim, cum eorum copiam coniunctim ſiue ſolempniter habere nequimus quod domino noſtro Epiſcopo & nobis plurime exceptiones competunt contra reſcripta proceſſus & perſonas, propoſuimus etiam dominum noſtrum Epiſcopum & Eccleſiam ſuam grauiter fore leſam, eo quod predictis exceptionibus omiſſis contra eum ſit proceſſum, unde beneficium reſtitutionis in integrum cum inſtantia petebamus, que omnia & ſingula prenominati iudices, ut dicitur, delegati contra iuſtitiam precise denegarunt. Exceptionum vero Domino noſtro & nobis procuratorio nomine competentium quedam tales ſunt. In primis proponimus, quod cum ipſi Domini noſtri aduerſarii *Ingimundo* olim Canonico Stawangrenſi per Epiſcopum ſolempniter ordinaria auctoritate pro criminibus & exceſſibus notoriis excommunicato communicauerint, & adhuc com-

municant in crimine criminofo eandem excommunicationis fententiam euidenter incurrerunt. Item eofdem aduerfarios excommunicationis fententia proponimus innodatos, eo quod in Ecclefiam & Ecclefiafticas perfonas enormiter induxerunt & adhuc inducunt brachium feculare propter quas excommunicationum exceptiones a iudicialibus actibus iudicis officio aduerfario etiam nichil proponente ipfo iure repelli iubentur, cum dictas excommunicationum fententias & plures alias pro loco & tempore proponendas, adeo euidenter & notorie incurrerunt, quod nemo de illis ulterius certiorari tenetur, unde proceffum per eos vel ad eorum inftantiam habitum vel impetratum conftat non valere. Item procuratorio nomine dicimus, quod fepedicti iudices, ut dicitur, delegati per refcripta ipfis fuper petitionibus Capituli Stawangrenfis, nec non & *Ingimundi*, olim eiusdem ciuitatis Canonici, ut dicitur, tranfmiffa procedere non deberent, nec de iure potuerunt, cum in iisdem caufis & articulis alia refcripta & ad alios iudices, vel ad alium prius fuerant impetrata, & per ipfos tunc proceffus habitus fiue inchoatus, atque ab eodem per Dominum noftrum Epifcopum ad fedem Apoftolicam legittime appellatum. Iamque idem negotium in curia Romana pendet fiue per domini noftri nuncium vel procuratorem ventilatur, precipue cum fecunde litere de prioribus nullam fecerunt mentionem. Item, cum in refcriptis de quibus nunc agitur, continetur de utriusque partis procuratorum affenfu, ducimus, quod pars aduerfa carere debeat commodo impetrati, eo quod una & eadem perfona in utriufque partis procuratoria domino noftro ignorante contra ipfum fraudulenter militauit ex dolo & malitia dicti Capituli Stawangrefis. Qua vero predicti Domini, qui in caufis prelibatis pro iudicibus gefferant delegatis, nos ad prefatas exceptiones producendas & alias nobis & domino noftro competentes reftituere denegarunt, ipfi domino noftro & nobis iuris beneficium indebite fubtrahentes; Item quod nobis copiam proceffus fui fepius petiti edere noluerunt, & fui prefentiam totaliter exhibere recufarunt, ipfum Dominum noftrum Epifcopum Stawangrenfem & nos ex hoc indebite fentientes pregrauatos nomine procuratorio in hiis fcriptis fedem apoftolicam apellamus, & apo-

& apoſtolos nobis & Domino noſtro dari, ipſum Dominum noſtrum Epiſcopum memoratum & nos cauſas premiſſas cum omnibus iuribus & rebus Eccleſiaſticis & mundanis in perſonis & rebus eiuſdem ſacroſancte ſedis defenſioni & protectioni ſpecialiter ſupponentes. Lecta & interpoſita fuit hec appellatio *Aſloye* in choro Eccleſie Cathedralis, Anno Domini M CC. Nonageſimo octauo. Nonas Maii, preſentibus religioſis viris & Dominis, fratre *Aſmundo* Priori domus fratrum Predicatorum Aſloye & fratre *Juaro* domus fratrum minorum vicegardiano eiuſdem ciuitatis ad hoc ſpecialiter vocatis & aliis pluribus clericis & laicis fidedignis. Tandem adueniente tertio peremptorio termino, cum ex parte dicti Stawangrenſis Epiſcopi nullus appareret reſponſalis ydoneus termino prefinito, procurator Capituli & *Ingimundus* ſepefati coram nobis in iudicio comparentes, inſtanter petebant, quod contra dictum Stawangrenſem Epiſcopum procederemus ſuper cauſis huiuſmodi, tanquam contra contumacem, appellatione prenotata non obſtante, quam dicebant inanem & friuolam rationibus infra ſcriptis. In nomine Domini Amen. Dicunt inprimis & in iure proponunt *Ketillus* procurator Stawangrenſis Capituli & *Ingimundus* ſepedicti, quod appellationi, qui per *Salomonem* & *Thorbergum* dicitur interpoſita non eſt aliquatenus deferendum, nam idem *Salomon* non poteſt eſſe procurator, cum ſit ſacrilegus, interfuit enim ad rapiendum ornamenta pariter & tintinabula Eccleſie beate Virginis ciuitatis Stawangrenſis. Item quod excommunicatione maiori eſt ligatus, quia in *Ketillum* Stawangrenſem Canonicum manus violentas iniecit ipſum trahendo per Eccleſiam & cimiteria, ac carceri mancipandum. Item dictus *Thorbergus* eſt excommunicatus maiori excommunicatione, qui ſimiliter interfuit premiſſis ac diuerſis violentiis aliis contra prohibitiones veſtras, Capitulo irrogatis, premiſſa vero in ciuitate Stawangrenſi adeo ſunt notoria, quod nulla tergiuerſatione valeant occultari. Illud preterea, quod allegatur de impedimentis falſum eſt, quoniam ad nouem ebdomadas ante terminum peremptorium facta fuit citatio & adeo tempeſtiue veniſſent, ſi voluiſſent, ſicuti pars aduerſa, & imputabitur eis quod poſuerunt ſe ad aquam, cum potuerunt iuiſſe

 per

per terram. Item dominus Comes *Jacobus* receffit de *Stawangria* in paraceue & venit *Alfloye* ante prolatam interlocutoriam ad fex dies. Item quod dicitur de prefentia partis aduerfe, non eft verum quoniam eadem die qua dicitur appellatum *Afloye* erat procurator dicti Capituli Stawangric pro citatione tertio facienda, Item quod dicunt paucis diebus poft terminum peremptorium &c. non eft verum, quoniam ficut patet per interlocutoriam per plures dies fuerant exfpectati. Item, quod dicitur, petebant in forma iuris audiri, non eft verum, quoniam dilatione pendente & procuratore partis alterius abfente ab uno delegatorum ac fubdelegato tertii nichil in forma iuris peti vel fieri poterat nec debebat cum de impotentia tertii iudicis ipfis cum intereffe non poterit non conftabat. Item fuper eo quod petitur de reftitutione in integrum refpondetur, quod non eft aliquatenus concedendum, nam neceffitatem pacientibus fubuenitur, fed illi nullo modo, qui per contumaciam & malitiam fe abfentauit. Item ad id quod dicitur, iudices precife denegarunt &c. Refpondetur, quod · oc non eft verum, nam illi iudices qui fuerunt apud ciuitatem Afloenfem refponderunt eis, quod fi venirent ad terminum prefixum, libenter vellent eos audire, & cum ipfis facere quicquid de iure deberent. Item ad id quod dicitur communicauerunt in crimine criminofo &c. ac induxerunt enormiter brachium feculare in Ecclefiam &c. refpondetur, quod hoc plane falfum eft. Item quod dicitur non valere, quod ad eorum inftantiam actum eft &c. manifefte falfum eft, dato fine preiudicio, quod effent excommunicati uere, quod penitus denegatur. Item, quod dicitur de refcriptis prius impetratis &c. non eft verum, nifi fic per decimam in *Finöy*, de qua in prefenti iudicio nichil actum eft, nifi quod prohibeatur Epifcopus fuper poffeffione capitulum perturbare. Item quod dicitur negotium pendere in Romana Curia &c. non tenentur iudices credere nifi quatinus legitimis conftiterit documentis nec credunt illud effe verum. Item quod dicitur, procuratorem fraudulenter militaffe &c. non eft verum. Cum igitur plurima que per *Salomonem* & *Thorbergum* prefatos in fuprafcriptis funt dicta, meram continent falfitatem, nec funt in forma iuris propofita, dicunt *Ketillus*

& In-

& *Ingimundus* prefati, quod dicti *Salomon* & *Thorbergus* grauati non ſunt in aliquo, & ideo talis appellatio reputabitur irrita & inanis maxime cum ſecundum ſtatuta Canonum apoſtolos cum inſtantia non petebant, & dato ſine preiudicio, quod eſſet aliqua, quanquam nulla ſit rationibus preoſtenſis, non tamen eſſet eidem aliquatenus deferendum, cum idem Stawangrenſis Epiſcopus ne appellationibus partis aduerſe detulerat, nec illis etiam quas interpoſuiſſe dicitur perſonaliter, prout notorium eſt in ciuitate & dyoceſi Stawangrenſi, & ſuper hoc eſt alibi infra regnum Norvegie publica voce & fama, quare petunt *Ketillus* & *Ingimundus* memorati nomine quo ſupra, quatinus contumacia dicti Epiſcopi, pariter & huiuſmodi appellatione friuola non obſtantibus, prout ordo rationis expoſtulat procedatis, viſis itaque ſupra criptis rationibus & plenius intellectis, nos premiſſam appallationem reputantes friuolam de concilio ſapientum decreuimus eidem fore minime deferendum, ſed ea non obſtante procedendum in cauſis potius, ſicut expoſtulat ordo iuris. In quorum omnium teſtimonium preſentes litteras ſigillis noſtris conſignatas, predicto Stawangrenſi Epiſcopo mandauimus exhiberi. Datum in conſiſtorio Epiſcopali *Aſlöye*, Anno Domini M.CC. nonageſimo octavo proxima ſexta feria ante feſtum beati *Botulphi* Abbatis.

Sigill. 1. 2. 3. ſed fracta, loris membr. appendent.

Ewindi Aſloenſis Epiſcopi & cæterorum Judicum Litteræ mandatoriæ ad *Thorkillum* dictum *Kota* de *Kinſarvik*, *Bardonem* de Awatznefe ac *Ericum* de *Gond* Eccleſiarum Rectores, ut coram Epiſcopo Stavangrenſi, Stavangriæ, clericis & laicis convocatis, latas inter eum & Canonicos ſententias legant, eumqve & univerſos moneant eccleſiaſticis fore cenſuris ligatos, qvi occaſione dictarum cauſarum vim poſthæc Capitulo intulerint, diſtulerintve præſtare rem judicatam.

Ex Autographo membran. Faſcic. XXVIII. No. 4. Apograph. Chartac. manu Arnæ Magnæi No. 91.

1298. die 13 Junii.

In nomine Domini Amen. *Ewindus* Aſloenſis, & *Thorſtanus* Ha-

marenſis

marenſis permiſſione diuina Epiſcopi, Nec non & frater *Hallo* Abbas Monaſterii de *Howdöy*, Judices a ſede apoſtolica delegati, jn cauſis quas Capitulum Stawangrenſis Eccleſie & Dominus *Ingimundus* Stawangrenſis Canonicus. habent contra dominum ſuum Epiſcopum Stawangrenſem, viris honorabilibus & diſcretis, dominis *Thorkillo* dicto *Kota* de *Kinſarvik* Bergenſis Dyoceſis, & *Bardoni* de *Awatznefe*, ac *Erico* de *Gond*, Stawangrenſis dioceſis Eccleſiarum rectoribus, ſalutem in domino ſempiternam, Licet ad inſtantiam procuratoris Capituli Stawangrenſis, nec non & *Ingimundi* Stawangrenſis Eccleſie Canonici, prefatum Dominum *Arnonem* Stawangrenſem Epiſcopum, pluries & peremptorie ad nos fecimus euocari, ut ſuper cauſis huiuſmodi, dicto Capitulo, & eidem *Ingimundo*, per ſe vel alium Reſponſalem ydoneum, ſecundum Iuſtitiam Reſponderet, jdem tamen Epiſcopus in nullo termino peremptorio coram nobis comparuit perſonaliter, nec pro ſe Reſponſalem aliquem legitimum diſtinauit, Quanquam procurator Stawangrenſis Capituli & *Ingimundus* ſupradicti, in quolibet peremptorio comparentes eiuſdem Epiſcopi contumaciam multipliciter accuſabant unde nos exigente iuſtitia contra dictum Dominum *Arnonem* Stawangrenſem Epiſcopum aliquas tulimus ſententias, Nec non & contra illos, qui dicto Capitulo vel *Ingimundo* lite pendente coram nobis vim inferrent, per ſe vel alios occaſione cauſarum nobis commiſſarum, vobis igitur omnibus & ſingulis in virtute obedientie, diſtricte precipiendo mandamus auctoritate qua fungimus in hac parte, quatinus omnes ſimul aut duo veſtrum, vel ſaltem unus ad ciuitatem Stawangrenſem perſonaliter accedentes, conuocatis ibidem clericis & laicis, quos habere poteritis in vicino, literas noſtras & ſententias, que vobis exhibentur ex parte Capituli & *Ingimundi* predictorum coram eis legatis publice & vulgariter exponatis, denunciantes in ciuitate Stawangrenſi perſonaliter, ac in locis aliis, vbi expedire videritis fatientes per alios publice nunciari fore ligatos ſententiis Eccleſiaſticis ſecundum noſtrarum literarum continentiam, uniuerſos, qui Stawangrenſi Capitulo vel *Ingimundo* ſepefatis, occaſione cauſarum nobis commiſſarum vim intulerant per ſe vel alios, poſtquam

quam huiusmodi noſtre ſententie primo fuerunt apud Stawangriam publicate, Moneatis inſuper dictum Stawangrenſem Epiſcopum ut occaſione predictarum cauſarum non inferat violentiam dicto Capitulo ſeu etiam *Ingimundo*, nec procuret inferri per ſe vel alium aut alios publice vel occulte, quod ſi poſt publicationem preſentium contrarium fecerit ipſum exnunc prout extunc ab officio sacerdotali ſuſpendimus per hec ſcripta, ſi vero veſtrum aliquis mandatum noſtrum, imo verius apoſtolicum, fideliter adimplere contempſerit requiſitus, quod non credimus, ipſum ab officio ſuſpendimus per preſentes. In cuius rei teſtimonium ſigilla noſtra preſentibus literis duximus apponenda. Actum in Epiſcopali Conſiſtorio Aſloye, Anno Domini M.CC. Nonageſimo octauo, Proxima ſexta feria ante feſtum beati *Botulphi* Abbatis, quicquid autem per uos ſuper hoc actum fuerit, nobis ſub ſigillis veſtris & fidedignorum teſtium, qui preſentes fuerint, integraliter reſcribatis.

Sigill. 2. 3 læſa loris membr. appendent.

Ewindi Aſloenſis & cæterorum judicum litteræ mandatoriæ ad dominos *Thorkillum* de *Kinzarvik*, *Bardonem* de *Awatznæſs* & Ericum de *Gond* Eccleſiarum Rectores, ut Raptores lignorum Capituli Stawangrenſis, & Epiſcopum *Arnonem* ob res, Eccleſiæ b. Virginis Stawangrenſis ablatas publice denuntient excommunicatos, ni læſos in Intergrum extemplo reſtituerint.

Ex Autograph. membran. Faſcic. XXVIII. No. 9. Apograph. Chartac. manu Arnæ Magnæi No. 92.

1298. die 13 Junii.

E*windus* Aſloenſis, *Thorſtanus* Hamarenſis Dei gratia epiſcopi, nec non & frater *Hallo* Abbas Monaſterij de *Howdöy*, Apoſtolice ſedis Iudices delegati, Diſcretis viris & honeſtis, Dominis *Thorkillo* de *Kinzarvik* Bergenſis Dyoceſis, *Bardoni* de *Aawatznæſſ* & *Erico* de *Gond* Stawangrenſis dyoceſis eccleſiarum Rectoribus eternam in Domino ſalutem, Diſcreti viri Capitulum Stawangrenſe nobis per ſuas petitiones in iudicio porrectas ſunt conqueſti, quod

nonnulli tam clerici quam laici, ligna eorum postquam emanauit a nobis secunda citacio facta Domino. A. Episcopo Stawangrensi eis violenter abstulerunt, Quocirca vobis omnibus & singulis auctoritate apostolica in virtute obediente & sub pena suspensionis ab officio, quam exnunc in vos ferimus in hiis scriptis, si mandatum nostrum, imo potius Apostolicum adimplere contempseritis, quod absit districte precipientes mandamus, quatinus omnes simul aut duo vel unus vestrum moneatis predictos clericos & laicos, quos notorium est prefati Capituli ligna abstulisse, ut ammonicione vestra eis auctoritate nostra publice facta, dicta ligna vel eorum pretium ad estimationem vestram, ac etiam aliorum bonorum virorum dicto Capitulo restituant infra mensem, testes & attestationes super hijs recipientes, si opus fuerit vel necesse, quod si non fecerint ipsos omnes & singulos exnunc, prout extunc auctoritate prefata excommunicamus in hiis scriptis, mandantes vobis modo, quo supra, quod si contingat illos prefatum excommunicationis sententiam contumaciter incurrere tamdiu per vos vel alios in locis, ubi expedire videritis excommunicatos, publice nuncietis & nunciare faciatis diebus dominicis & festiuis, quousque super premissis prefato Capitulo integraliter satisfecerint, & absolutionis beneficium a nobis meruerint optinere, Mandamus etiam vobis insuper auctoritate, qua supra, quod prefatum Episcopum Stawangrensem tam absentem, quam presentem moneatis primo secundo & tertio peremptorie, ut calicem, libros & alia ornamenta restituat Ecclesie beate virginis ciuitatis Stawangrensis a tempore notitie, si absens fuerit, infra mensem, quod eidem vobis per literas vestras patentes iniungimus significando, & omnia alia & singula, que per Capitulum predictum fueritis requisiti, quibus lucide apparet, ipsum Episcopum prefatum Capitulum spoliasse, nunciantes etiam eidem, quod inobedientiam eius in hac parte, si secus fecerit, prout de iure fuerit, puniemus, Rescribentes nobis fideliter per vestras patentes literas harum seriem continentes, quicquid inde feceritis vel duxeritis faciendum, Datum in Consistorio Episcopali *Aslöye*, Anno Domini M,CC,XC, octavo, proxima sexta feria ante festum beati *Botulphi* Abbatis.

Sigill. 1. & 4 fragmenta loris membr. appendent 2. 3. 5. desunt.

Ewindi

Ewindi Epicopi Asloensis & cæterorum Judicum Litteræ ad *Arnonem* Episcopum Stawangrensem, qveis eum in Episcopali Consistorio *Asloiæ* proxima die juridica post festum Nativitatis b. Virginis proxime futurum comparere jubent, ad docendum de grauamine qvod sibi, suisqve procuratoribus *Salomoni* & *Thorbergo* ab iis factum esse dixerat.

Ex Autographo membran. Fascic. XXVIII. No. 5. Apograph. Chartac. manu Arnæ Magnæi No. 93.

1298. die 21 Junii.

Nos *Ewindus* Asloensis, & *Thorstanus* Hamarensis permissione diuina Episcopi, Nec non & frater *Hallo* Abbas monasterii de *Howdöy*. Iudices a sede apostolica delegati, in causis, quas mouent contra vos, Domine *Arno* Stawangrensis Episcope Capitulum Stawangrensis Ecclesie, & Dominus *Ingimundus*, Canonicus Stawangrensis, Vobis Domino Arnoni Stawangrensi Episcopo notum facimus per presentes, quod sicut nobis a fidedignis relatum est *Salomon* & *Thorbergus*, qui se dicebant procuratores vestros, fingentes, ut asseritur, vos & ipsos grauatos a nobis appellarunt, & sic recedentes, nullo tempore coram nobis in iudicio comparebant. Quamobrem vobis tenore presentium intimamus, quod non credimus, nos, vobis aut ipsis,, aliquod,, grauamen,, intulisse, sed si quod intulimus & legitime probari poterit, illud exnunc reuocamus omnimode per presentes, vobis auctoritate, qua fungimur, precipiendo mandantes, quatinus proxima die iuridica post festum natiuitatis beate virginis proximo futurum per vos vel responsalem ydoneum compareatis in Episcopali Consistorio *Asloie* coram nobis, ad docendum de grauamine supradicto, alioquin vos scire volumus, quod in causis nobis commissis, vestra non obstante absentia, quantum de iure poterimus, ratione preuia procedemus. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus litteris sunt appensa, Datum in Episcopali consistorio *Asloye*. Anno Domini. M.CC. Nongesimo. octavo die Sabati proxima post festum beati *Botulphi* Abbatis.

Sigill. 2. & 3 loris membr. excisis appendent, 1. deest.

Thorkilli de *Kinzarvik*, *Bardonis* de *Awallznæſs* & *Erici* de *Gond* Eccleſiarum Rectorum litteræ ad *Ewindum* Epiſcopum Aſloenſem & conjudices, queis eos certiores faciunt, ſe eorum mandatis ſatisfeciſſe publice denuntiando *Bilewum* ſacerdotem Vicarium in Eccleſia b. *Martini* & correos, poſt qvindenam, frumentum & ſaccos Capitulo Stawangrenſi violenter ablatos reſtituere detrectantes, excommunicatos.

Ex Autographo membran. Faſcic. XXVIII. No. 6. Apograph. Chartac. manu Arnæ Magnæi No. 94.

1298. die 12 Septembris.

Reuerendis in xpo patribus, Dominiſ *Ewindo* Aſloenſi & *Thorſtano* Hamarenſi permiſſione diuina Epiſcopis, ac religioſo viro fratri *Halloni* Abbati monaſteri de *Howdöy*, iudicibus a ſede apoſtolica delegatis, *Thorckilluſ* de *Kinzarvik* Bergenſis dyoceſis, *Bardo* de *Awallzneſſ* & *Ericus* de *Gond*, Eccleſiarum rectores, Reverenciam debitam & honorem. Paternitatis veſtre litteras omnes ſimul per preſentationem *Ingimundi* Canonici Stawangrenſis, Anno Domini M.CC.XC.VIII, quarto Idus Septembris recepimus ſub hiis formis.

Ewinduſ Aſloenſis & *Thorſtanus* Hamarenſis permiſſione Diuina Epiſcopi, nec non & frater Hallo Abbas monaſterii de *Hawdöy*, apoſtolice ſedis iudices delegati, Diſcretis viris & honeſtis Dominiſ *Thorkillo* de *Kinzarvik* Bergenſis Dioceſis, *Bardoni* de *Awallzneſſ* & *Erico* de *Gond* Stawangrenſis Dyoceſis Eccleſiarum Rectoribus, eternam in Domino ſalutem Diſcretus vir Dominus *Ingimunduſ*, Canonicus Eccleſie Stawangrenſis nobis per ſuam petitionem porrectam in iudicio eſt conqueſtus, quod *Bilews* ſacerdos vicarius in Eccleſia beati *Martini* ciuitatis Stawangrenſis, nec non & alii ſecum pluresſ Clerici & Layci annonam eius, poſtquam publicata erat citatio noſtra ſecunda in ciuitate prefata facta Domino. A. Epiſcopo Stawangrenſi ab eo violenter abſtulerunt, Quocirca vobis omnibus & ſingulis auctoritate apoſtolica in virtute obedientie & ſub pena ſuſpenſionis ab officio, quam exnunc in vos ferimus in hiis ſcriptis, ſi mandatum noſtrum immo potius apoſto-

apoſtolicum adimplere contempſcritiſ, quod abſit, diſtricte precipienteſ mandamus, quatinus omneſ ſimul aut duo, vel unus veſtrum predictos ſacerdotem ac ipſius coadiutereſ, quod notorium eſt, prefati *Ingimundi* annonam abſtuliſſe, ut infra quindenam amonitione veſtra eis auctoritate noſtra publice facta, dictam annonam vel eius precium ad eſtimationem veſtram & etiam aliorum diſcretorum virorum dicto *Ingimundo* plenarie reſtituant ac integre, quod ſi non fecerint, predictum ſacerdotem ac omnes alioſ & ſingulos ipſius in premiſſo facto coadiutoreſ exnunc, prout extunc auctoritate prefata excommunicamus in hiis ſcriptiſ, mandantes vobis modo, qvo ſupra, quod ſi contingat illoſ prefatam excommunicationiſ ſententiam contumaciter incurrere tamdiu per vos vel alios in locis, ubi expedire videritiſ, excommunicatos publice denuncietiſ & nunciare faciatis diebus Dominicis & feſtiuiſ, quouſque ſuper premiſſis prefato *Ingimundo* integraliter ſatiſfecerint, & abſolutionis beneficium a nobis meruerint optinere, Reſcribentes nobis fideliter per veſtras patenteſ litteras harum ſeriem continenteſ, quicquid inde feceritiſ vel duxeritiſ faciendum. Datum in Epiſcopali Conſiſtorio *Aſloye*. Anno Domini M. CC. XC. VIII.. proxima ſexta feria ante feſtum beati *Botulphi* Abbatiſ.

Thorſtanus permiſſione Diuina Hamarenſis Epiſcopus, nec non & frater *Hallo* Abbas monaſteri de *Hawdöy* apoſtolice ſedis iudices delegati, diſcretis viris & honeſtis Dominis *Thorkillo* de *Kinzarvik* Bergenſis Dyoceſis, *Bardoni* de *Awallzneſſ*, & *Erico* de *Gond* Stawangrenſis Dyoceſis Eccleſiarum rectoribus, eternam in Domino ſalutem. Quoniam in cauſa appellationis Domini *Ingimundi* Canonici Stawangrenſis ad diffinitiuam ſententiam proceſſimus nec non & caſſationem ſententiarum, quas Dominus *Arno* Stawangrenſis Epiſcopus tulerat contra eum, Domino *Ewindo* Aſloenſi Epiſcopo, coniudice noſtro ſe per ſuas patenteſ litteras, quod intereſſe non potuit excuſante, diſcretioni veſtre in virtute obedientie diſtricte precipiendo mandamus, quatinus prefatum Dominum *Ingimundum* Canonicum Stawangrenſem in Eccleſiis veſtris & alibi, ubi expedire videritis per voſ ſeu alium vel alioſ denuncietiſ & denunciare faciatis publice ſententiiſ ſuſpenſionis,

 priua-

priuationis officij & beneficij interdicti ac excommunicationis predicti domini *Arnonis* Stawangrensis Episcopi non ligatum, Rescribentes nobis fideliter per vestras patentes litteras, harum seriem continentes, quicquid inde feceritis, vel duxeritis faciendum, Datum in Curia Episcopali *Asloye*, Anno Domini M.CC.XC.VIIJ. proxima sexta feria ante festum beati *Botulphi* Abbatis.

Quarum auctoritate litterarum, Nos *Bardo* de *Awallznefs* & *Ericus* de *Gond*, prefatarum Ecclesiarum rectores fecimus infra scriptam ammonitionem *Bileiwo* sacerdoti vicario in Ecclesia Beati *Martini* de annona Domini *Ingimundi*, Canonici Stawangrensis & saccis restituendis in hunc modum.

In nomine Domini Amen. Nos *Bardo* de *Awallznefs* & *Ericus* de *Gond* Ecclesiarum rectores auctoritate apostolica nobis commissa litterarum monemus te *Bileiwum* sacerdotem Vicarium in Ecclesia beati Martini primo, secundo & tertio peremptorie, ut annonam & saccos, vel eorundem pretium, quibus Dominum *Ingimundum* Canonicum Stawangrensem violenter spoliasti, restituas infra quindenam immediate iam sequentem, hiis testibus presentibus in Curia Episcopi Domino *Erico* Vicario de *Awallznefs*, *Biorgholpho* de *Saltne* & *Haquino* dicto *Hvist* & aliis pluribus fidedignis, die Lune proxima post festum beati *Laurencii*

Item nos omnes simul suprascripti, prefatum *Bileiwum* sacerdotem denunciauimus excommunicatum per modum infra scriptum.

In nomine Domini Amen. Nos *Thorkillus* de *Kinzarvik*, *Bardo* de *Awallznefs* & *Ericus* de *Gond*, Ecclesiarum rectores auctoritate apostolica nobis commissa *Bileiwum* sacerdotem vicarium in Ecclesia beati *Martini* ex eo quod monitus infra quindenam annonam Domini *Ingimundi* & saccos restituere contumaciter non curauit, Item ex eo, quod annonam prefati *Ingimundi* de Ecclesia de *Finnöy* post tertiam citationem factam Domino Episcopo Stawangrensi ac prohibitionem publicam, ne quis sua bona cum violentia sumeret, capere presumpsit, Denunciauimus excommunicationis innodatum, monentes omnes & singulos, ut ipsum in omnibus tanquam excommunicatum auctoritate prefata euitetis, fuit

fuit hec denunciatio facta per nos publice in Ecclesia beate Virginis Stawangrensi pridie Iduf feptembris.

In cuius rei testimonium & plenariam certitudinem premisforum sigilla nostra presentibus litteris duximus apponenda Actum anno Domini die & loco suprascriptis.

Sigill. 2. & 3 fragmenta loris membr. appendent. 1. abest.

Salomonis de *Slidr*, *Anberni* de *Thiorom*, *Willialmi* de *Hylu*, *Arnulfi* Scholastici *Stawangriæ*, testimonia, Dominos *Thordonem* de *Mollum*. Ecclesiæ Rectorem, *Suenonem* Presbiterum de *Hald*, *Juarum*, *Þoriam*, *Gunnarum*, *Bilwarum* & *Berthorum* Vicarios in Ecclesia b. *MARIÆ* Stavangrensis ad Sedem Apostolicam appellasse ubi in Ecclesia Cathedrali in festo Storum *Proti* & Jacinthi a Dominis *Thorkillo* de *Kinzarvik* & sociis excommunicati publice denuntiabantur.

Ex Autographo membran. Fascic. XXVIII. No. 3.

1298. die 14 Septembris.

Vniuersis X' fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit. *Salomon* de *Slidr*, *Anbernus* de *Þiorom*, *Wilialmus* de *Hylu*, *Arnulfus* scolasticus *Stawangrie* salutem in domino sempiternam. Vniuersitati uestre pateat per presentes, quod nos presentes fuimus & audiuimus in ecclesia beate *MARIE* virginis Stawangrensis, sabato post natiuitatem eiusdem beate virginis, quum discreti uiri domini *Thordo* rector ecclesie de *Mollum* *Sueno* presbiter de *Hald*, *Juarus*. *Þorias*., *Gunnarus*., *Bilewarus*, *Berthorias*., quandam appellationem interposuerunt in hec uerba- jn nomine dni amen, quum vos domine *Thorkille* de *Kinsaruik*, *Bardo* de *Awallznæss*- *Ericus* de *Gond*. ecclesiarum rectores. contra nos *Thordonem* rectorem ecclesie. de *Mollum*. *Suenonem* presbiterum de *Hald*. ac etiam *Thoriam*, *Gunnarum*, *Bilewarum*, *Berþoriam*. uicarios ecclesie *Stawangrensis* cathedralis, in festo sanctorum *Proti*. &. *jacinti*- quasdam excommunicationis sententias in ecclesia sancte *MARIE* Stawangrensis promulgastis. nulla ad hec auctoritate ordinaria. uel delegata habita uel obtenta seu etiam nobis ostensa, uel

